AZ.
NI

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXIX
A
56
NAPOLI

L. 1428

XXXIX A 44 56

GEORGII FABRICII

DE RE POETICA

LIBRI IIII.

Quid ſingulis contineatur, proximè ſequens pagina indicabit.

Latinorum poëtarum inter ſe comparationes ex Iulij Cæſaris Scaligeri Critico deſumptæ.

I.D. E.

ANTVERPIAE,
Ex officina Chriſtophori Plantini.

M. D. LXV.

CVM PRIVILEGIO

SVMMA PRIVILEGIORVM.

PHILIPPI Regis Hiſp. etc. Ducis Brab. etc. priuilegiis cautũ eſt, ne quis ante quadriẽnium citra Chriſtophori Plantini voluntatẽ Georgij Fabricij de re poëtica libros quatuor imprimat, aut alibi impreſſos importet, venalesúe habeat, intra omnes ditionis eius fines. qui ſecus faxit, confiſcationis librorum & pœna fiſco regio exſoluenda multabitur. vt latius patet in iſis diplomatis, quorum alterum datum Bruxellæ anno M L X I V. V I I. April. ante paſcha. Sig.

Mesdach.

Alterũ. verò eodẽ anno X V I I I Aprilis Signat

De Perre.

ARGVMENTA LIBRORVM.

I. *Ratio cognoſcendarum ſyllabarum, ipſaque adeo rei poëticæ ars.*

II. *Elegantiæ ſiue ſelectiores phraſes ex Ouidio, Tibullo, Propertio*

III. *Exemplorum varietas & copia ex iiſdem.*

IV. *Variæ deſcriptiones ætatũ, temporũ, ſignorum cæleſtium, aliariumque rerum, quarum vſus frequentiſſimus apud poëtas.*

Index capita omnium librorum continens.

J

DE RATIONE COGNOSCENDARVM SYLLABARVM LIBER PRIMVS.

OMNES ſyllabæ, quòd ad collocationem & quantitatem attinet, aut primę ſunt aut medię aut vltimæ: eæque aut longæ, aut breues, aut ambiguę. Omnium autem quantitas; cum in genere agnoſcitur, tum etiam cognoſcitur in ſpecie.

- In genere.
  - omnium.
    - poſitione
    - diphrohngo
    - regula
    - exemplo
  - primæ, ac mediæ
    - vocali ante vocalem.
    - deriuatione.
- In ſpecie.
  - primæ
    - præpoſitione
    - compoſitione
  - Mediæ
    - accentu
    - deminutione
  - vltimæ, terminatione aut
    - vocalis
    - cōſonātis

DE QVANTITATE SYLLABARVM IN GENERE,

DE OMNIBVS SYLLABIS.

Quantitas ſyllabarum omniũ in genere cognoſcitur modis quatuor.

I. POSITIONE,

Qua ſyllaba producitur. Syllabis autem hęc accidit omnibus. Poſitio fit,

I. Aut vſitatè, iuxta vulgarem ſcilicet conſuetudinem, idque

1 Aut reuerà, cùm in eadem dictione, vel in diuerſis, duę plures ve conſonantes, aut vna geminata vocalem conſequitur. vt,

Carmen, ineptus, ſapiens,
Annus, capillus.

2 Aut facultate, cum è duplicibus aliqua vocalem ſequitur: vel i litera, aut interdum v inter duas uocales ponitur. vt,

Axis, Alexander, Felix.
Gaza, obryzum.
Laius, Pompeius, Harpyia.
Diuus, viuidus, ſuperaui, quieui.

II. Aut minus vſitatè, ſed, vt veteres vocant, modo quodam: vel

1. Cùm dictio, quæ vocali terminatur, ab altera dictione incipiente à duabus conſonantibus, excipitur ſolito more Græcorum. Vt Ouid. 5. Triſt.

Nil opus eſt morte pro me, ſed amore, fideq;
Idem:
Quamq́ue lupi ſæpe plus feritatis habent.

Hoc nequis inciſo tribuat, inueniũtur & alia exempla. Tibul. lib. 1.

Pro ſegete ſpicas, pro grege ferre dapem.

Catullus in Hymenæo:

Nul-

Nulla fugæ ratio,nulla ſpes:omnia muta.

2. Cùm particula enclitica in fine producitur.

Virg.I.Georg.

Tribulaque,traheæque, & iniquo pondere raſtri.

OBSERVATIO.

Si poſt mutam ſequitur liquida, triplex obſeruatio ſtudioſè annotanda eſt.

1. Syllabæ poſitione longæ,breues fiunt.

Ouid.in Heroid.

Herculε ſuppoſito ſidera fulcit Altas.

Idem VI.Metamorph.

Ad mandata Prognes, & agit ſua vota ſub illis.

2. Contrà breues ſyllabæ,propter eandem poſitionem,fiunt longæ.

Idem XIII.Metamorph.

Et primò ſimilis volucri,mox vera volucris.

Eôdem referuntur,

Tenebræ,lugubris,

Cyclops,Patroclus,

Trinacria,ludicrus,

Cupreſſus.

Quadrupes,cedrus,Hadria.

Pater patris, Hetruſcus, meretrix, & his ſimilia.

3. Syllabæ verò natura longę, propter mutam & liquidam fieri breues nunquam poſſunt. vt Mater matris,ater atri,acer acris,mitra,latro,quod canum eſt. Item,ebrius,ſalubris,lauacrũ, clepſydra, compotrix. Vibro apud Catullum in Epigrãmatis, Flagro apud Virgilium in Georgicis, primam habent correptam.

II. DIPHTHONGO:

Qua eodem modo ſyllaba producitur.

Eſt autem diphthongus, duarum vocalium con-

nexio. vt, aula, Eurus, æuum, cælum, Thalia. Diphthongus interdum corripitur, idque fit

1 Vel in compoſitione. vt, Præire, præeſſe, præhendere. Ouid. 7. Metamorph.

Quas vbi viderunt præacutæ cuſpidis haſtas.

2 Vel extra compoſitionem, more Græcorum, quod rarius eſt apud Latinos. Virg. 3. Aen.

Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celæno,
Harpyiæque colunt aliæ.

III. REGVLA,

Qua ſyllaba & produci poteſt & corripi. Eſt autem Regula obſeruatio certa, comprobata vſu & conſuetudine. Regulę numerãtur ferè huiuſmodi.

I. Contractio longam ſemper efficit ſyllabam. vt, Nil pro nihil, dî pro dij, mî pro mihi, quîs pro quibus, cui pro cuij. Huius generis ſunt illa de Græcis. Virg.

Ilioneî monitu, & multùm lacrimãtis Iuli.
Ouid.
Forſitan & grauidam Didô ſcelerate relinquis.

II. Apoſtrophus ſyllabam facit

1. In aliquibus vocabulis breuem. Virg. 6. Aen.

----Viden vt geminæ ſtent vertice criſtæ?
Ouid. in Heroid.
Noſtin' an exciderint mecum loca?----

2. In aliquibus vocalibus longum,
Horat. in Serm.
Illuc vnde abij redeo: nemon' vt auarus
Se probet?---
Virg. 1. Aen.
Tun' ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſæ?

III. Monoſyllaba ferè producuntur. vt, Par, mas, fas, ver, lis, vis, bos, dos, fur, thus, ſus. Item, Me, te, ſe, tu, nos, vos. Item, Do, ſto, flo. Item, Ne, non,

non, cur, ſic, en, ſin, quin, & ſimilia. Excipiuntur mel, fel: item, fit, quit. Item, bis, ter, an, & quædam alia, de quibus in vltimis ſyllabis plura.

IIII. Præterita duarum ſyllabarum priorem producunt: vt, Veni, vidi, vici. Excipiuntur ſex: Dedi, ſteti, ſcidi, bibi, tuli, fidi. id apparet ex compoſitis, Addidi, adſtiti, conſcidi, ebibi, extuli.

Horat. 1. Carm.

Diffidit vrbium Portas vir Macedo.

V. Præterita principium geminantia, primam habent correptam: & niſi obſtet poſitio, ſimiliter mediam. vt,

Cécidi à cado, fefelli, pepuli, tetigi & antiquum tetuli. Didici,

Momordi, ſpopondi, totondi.

Cucurri, pupugi, tutudi. Excipiuntur duo, Pepedi, à pedo, cecidi à cędo quorum media tãtùm longa eſt.

VI. Præterita in vi, vnam ſyllabam deſinentia, mediam habent productã. vt, ſpectaui, deleui, ambiui, agnoui.

VII. Supina duarum ſyllabarum producuntur. Excipiuntur decem: datum, ratum, ſatum, ſtatum, itum, citum, litum, quitum, ſitum, rutum.

VIII. Tempora verborum præſentis & præteriti, de quibus formantur, etiam in reliquis temporibus atque modis ſequuntur quantitatem. vt, Lego, in iis quæ ab indicatiuo præſenti veniunt, corripitur, legebam, legam, lege, legito, legerem, legere. In iis, quæ à præterito, producitur: legi, legeram, legiſſem, legerim, legero, legiſſe.

IX. Voces quædam ſeparatim longæ, in compoſitione corripiuntur. vt, diu in diutúrnús, quando in quandoquidem. Huc pertinent, ſiquidem, in

prima ſyllaba:totidem,in media:quomodo, in vltima. Item dicier, dominarier, quæ fiunt acceſſione figurata. Excipiuntur,tantidem,vbique, quandoque:quæ in compoſitione quantitatem non mutant. Ouid.7.Meta.Thura liquefaciunt.----
vſitatè eam , quæ antepenultimam antecedit, produxit : nam ſimplex ſecundæ coniugationis eſt, quod contrario modo ſemper corripit Virgilius. vt.4.Georg.

-----Frigore mella
Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.

Hoc præceptum modò obſeruauit Catullus , vt in Hymenæo:

Alta tepefaciet permiſta flumina cæde.

.modò neglexit, vt ad Mallium;

Frigida deſerto tepefecit membra cubili.

quē in poſtremo ſecuti iidē,Virgili9 atq; Ouidius.

X. Nomina propria eandem perpetuò quantitatem non retinent. vt,Sichæus, apud Virgilium: Pelion, Pyrene pro monte,Fidenę,Curetes,Orion: apud alios poetas, primam interdum producunt, interdum corripiunt. Sicanus & Italus apud Virgilium , Arabs apud Propertium, primam natura poſſident breuem:ſed in deriuatiuis Sicania,Italia, Arabia,decedentes de iure ſuo , eandē producunt, alioquin in carmen non venirent. Cybele communem habet penultimam : Oenotria, Apulia, Sidonius,Ionius, antepenultimam. Huc pertinent nominum propriorum genitiui . vt, Orion Orionis & Oriônis , Syphax Syphacis & Syphâcis , Dauid Dauidis & Dauîdis . In his autem non omnium eſt auctoritas ſequenda,ſed probatiſſimorum.

XI. Particulę illitteratæ nominū numeralium in compoſitis ſunt breues.vt,BI & TRI. Horat.

---Bima-

-----Bimatis ve Corinthi
Mœnia,---- Virg.
----Et forma tricorporis vmbræ.

Item T R E. vt in nominibus, Tredecim, trecenti, Treuiri. Virg.

Lernam tremefecerit arcu.

Item, D V, in Duplex.

IIII. EXEMPLVM,

Quo ſyllaba anceps eſt: corripi enim & produci poteſt. Exemplum nihil aliud eſt, quàm laudata bene ſcribentium auctoritas. Eo vtimur, cùm reliquis deſtituti ſumus. & exempla cùm lectione, tum exercitatione cōparantur. Crebrò igitur ſcribendum, & multa Poetarum optimorum carmina memoriæ mādāda; qualia ſunt Virgilij, Horatij, Tibulli, Ouidij, Propertij, & qui his ſimilimi ſunt: apud alios enim multa reperias, quę interdum obſeruatione, quàm imitatione digniora habentur: vt ad finem dicemus.

DE PRIMA AC MEDIA SYLLABA IN GENERE.

Hactenus de ſyllabis omnib⁹ in vniuerſum; nūc de prima tantùm ac media: quæ præter eas rationes, quas modò enumeraui, duabus aliis dignoſcuntur.

I. Vocali ante vocalem:

Qua plerumque ſyllaba corripitur. vt, Priamus, Italia: filius, ianua, ſeruitium, puella. Hoc mutatur trib. modis

I. Imitatione Græcorum: vel,

1. Propter vocales longas. vt Aër, Laertes, Chaon, Aones, Menelaus, Briſeis, Pierus, Ixion, Chius, Herois.

2. Propter diphthongos. vt, Darius, Orion, Me

dea, Laodamia, Aegæon. Huc pertinent accuſatiui illi Ionici, apud Virg. 1. Aen.

Ilionea petit dextra. Et 3.

Idomenea ducem regnis ceſſiſſe paternis.

II. Conſuetudine Latinorū: vt in quibuſdam tantùm genitiuis & datiuis quintæ, Diei, ſpeciei, in omnibus apud Lucretiū. Et in verbo Fio, quando littera vocalem non ſequitur. vt, Fiam, fiebam. nam fierem & fieri excipiuntur. Ouid. 1. Triſt.

Omnia nam fient, fieri quæ poſſe negabam.

Et in quibuſdam genitiuis: Nullius, vnius, illius, ipſius, vtrius, qui dubij ſunt, natura breues, longi conſuetudine. Aliſus & ſoliſus nunquā breues fiūt: alterius nunquam eſt longum, niſi apud Ennium, vt annotat Priſcianus. Idē fit in interiectionibus. vt, Ohe & eheu.

III. Vſu Poetarum, vt apud antiquos in reſolutione diphthongi. Ennius apud Perſium:

Lunai portum eſt operæ cognoſcere ciues.

Et in illo Virgilij:

Exercet Diana choros.----Item:

Hinc atque hinc glomerantur Oreades. ----

Sed vtrunque eſt figuratū: vt & illa ſunt, Rhea pro ſacerdote, Malea pro promontorio. ſimpliciter enim ſolēt corripi, interpoſitione vocalis produci.

II. *Deriuatione*,

Qua ſyllaba vtranque quantitatem recipit. Qualis enim quātitas originis, talis item eius quod inde deſcendit. Vt iocari primam habet breuem: venit enim à nomine iocus Tibul. lib. 3.

Difficile eſt triſti fingere mente iocum.

Oratio, primam longam, quia deducitur à verbo oro. Virg. 6. Aen.

Stabant orantes primi tranſmittere curſum.

Hee

Hæc variat rationibus contrariis. interdū enim,

1 A breuibus dictionibus fiunt deriuationes longæ. vt, à penus penuria, à cado caſus, à moueo mobilis, à baculo imbecillis, à lino litera, à ſedeo ſedes, à nare natare, à ſtatum ſtaturus, à quater quatuor, à ſecus ſecius, à Cerere Ceritus.

2 A longis dictionibus exſiſtūt deriuationes breues. vt à Sopio ſopor, à dico dicax: ita, maledicus, fatidicus, & ſimilia. à vitando vitiū, ab odio odiū, à ſtando ſtabilis, à mamma mamilla, à fido fides, à fando fatuus & affatim, à ſagio ſagax, à luceo lucerna, à litera litura, à nubo pronubus.

3 A breuibus ſeu longis inueniuntur deriuationes multiplices. vt, Quotidie, à quoto die, primā apud Catullum producit, apud Martialem corripit: alteram ſyllabam producit apud Terentium, corripit apud Catullum. A flabrum flabellū, cuius primam longam fecit Propertius, breuē Ouidius. Victum, à vieui, regulariter penultimam producit, vt apud Lucretium: contrà eandē corripit, vt apud Comicos & Horatium. A ſto ſtatus, prima breui apud Horatium: eadem longa, apud Terentium.

Quando, in quandôque longa eſt, in quandoquidem breuis. A nubo connubium antepenultimam longam habet origine, breuem auctoritate. Plura, ſi volunt, colligent ſtudioſi: hæc admonēdi tantum cauſſa appoſuimus.

4 A diuerſis dictionibus, ſed inter ſe ſimilibus deriuationes indifferentes. vt, Liquidus, à deponente liquor, primam producit: à neutro liqueo, eandē corripit, manifeſto Lucretij teſtimonio lib. 4

Craſſáque conueniant liquidis, & liquida craſſis.

DE SYLLABARVM QVANTITATE *in Specie.*

DE PRIMA SYLLABA.

Prima ſyllaba ſeparatim dupliciter cognoſcitur.

I. PRAEPOSITIONE.

Harum aliæ in compoſitione

I Breues. vt, AB, AN, IN, OB, PER, SVB: Abeo, adeo, ineo, obeo, pereo, ſubeo. Et inſeparabilis RE, quæ longa fit, vel differentiæ cauſa: vt, Refert pro vtile eſt: vel figurate. ouid. 10. Metamorph.

In quem recidimus, quidquid mortale creamur.

Horat. 2. Serm.

Dij tibi dent capta claſſem reducere Troia.

II. Longæ. vt, A, E, DE, PRO: Amitto, emitto, demitto, promitto. & inſeparabiles, DI, CO, SE, TRA: vt, Dirigo, copulo, ſeparo, traijcio. Hæ mutantur dupliciter.

1 Vocali ante vocalem. vt, Deamo, dehiſco. item, Coactus, ſeorſum.

2 Vſu auctorum. DI corripitur in verbo Dirimo, & in nomine Diſertus. PRO in multis anceps eſt: vt in Procuro, profundo, propello. Lucret. lib. 4.

—Paruula cauſſa

Eſt ſatis à tergo, quæ prouehat atque propellat.

Corripitur autem in certis nominibus: vt, procella, profectus, profugus, profundus, pronepos, proteruus, propago pro genere. Item in verbis: vt, Proficiſcor, profiteor, profano, propino. Item in aduerbiis: vt, Proinde, profectò.

II. COMPOSITIONE.

Quæ ſyllabarum correptiones & moras ipſo ſignificat accentu. Voro deuoro, grauis pergrauis, bene perbene, penultima breui: Pono depono, durus prædurus, primum apprimè, penultima longa.

DE MEDIA SYLLABA.

Media ſyllaba ſpeciatim non ſatis facilē & expli catam habet cognitionem. Cognoſcitur autē modis duobus.

I. *Accentu*,

Quo ſyllaba modò lōga, modò breuis. Eſt enim accentus, depreſſio eleuatióue ſyllabæ: qui non adhibetur niſi in polyſyllabis, neq; in vlla alia quàm in penultima, quæ vel deprimendo corripitur, vel eleuando producitur. vt, Scribere, amare: dominus, amicus. In cognoſcenda autem ſyllaba penultima, ne quis ſimilitudine fallatur, conſideranda in vocabulis ſunt hæc ſeptem:

I. Natura, quę ſe ſtatim offert in caſu recto. vt, mediam productam habent hæc ſequentia, Haſtile, erica, tibicen, petitor, Briſeis, Getulus: eandē correptam iſta, Miſſile, manica, fidicen, inſtitor, Nereis, Rutulus. In propriis Græca producuntur, Thraſybulus, Andronicus: Latina corripiuntur, Atabulus, Hernicus.

II. Qualitas, quæ ex obliquorum regulis diſcenda eſt, vſu obſeruatis. vt, Iber Iberis, Brito Britonis, calcar calcaris, ferox ferocis, calor caloris, radix radicis, media efferuntur producta. Contrà verò, Aether ætheris, Myrmido Myrmidonis, iubar iubaris, præcox præcocis, frigus frigoris, calix calicis, eâdem pronunciantur correpta. Mediam in genitiuis naturam habent quædam nomina propria, de quibus in regulis generalibus dictum eſt,

III. Analogia, quæ nominum diuerſorum eſt æqualitas, propter ſimilitudinem deriuationis. Vt quemadmodum mediæ producuntur in loquela, vinoſus, alumen: ſimiliter etiam in Medela, generoſus, bitumen. & vt antepenultima breuis in monu

men-

mentum,ita quoque in documentum.Hęc enim, ſi ortum ſpectes,ſub eandem rationem cadunt.

IIII. Deductio,quæ eſt

1. Aut certorum nominum, & tantum adiectiuorum:nam quæ à nominibus ſubſtantiuis rerum animatarum deſcendunt, producũt penultimam. vt,muſtelinus,murinus,porcinus,anſerinus:à muſtela,mure,porco,anſere.Huc pertinent, mediaſtinus, clandeſtinus, feſtinus. quæ autem veniunt à nominibus rerum non animatarum,eandem corripiunt. vt,criſtallinus,adamantinus,coccinus,ianthinus,faginus, cupreſſinus, craſtinus, ſerotinus, Excipiuntur matutinus,veſpertinus.

2. Aut certorum verborum in prima coniugatione:quorum aliqua producuntur, quæ actionẽ abſolutam habent: vt, feſtino,inclino, propino.aliqua corripiuntur,quorum actio ad aliud refertur: vt inquino,contamino,deſtino,procraſtino.

V. Etymologia ſeu origo dictionis, quę eſt omnium tam nominum quàm verborum, eaque ſolet inueſtigari

1. Vel ex parte orationis.vt.

Exilis nomen producitur.Lucan.lib.4

Glebis exilis Ariſbe:

Exſilis verbum corripitur.Horat.lib.Epodon:

Vtcunque fortis exſilis puerpera.

Verſus eſt iambicus trimeter ſeu ſenarius.

2. Vel ex partium variis accidentibus. vt.

Decoris,à decus.Virg. 1. Aen.

Oblitus decoriſque ſui.——

Decôris,à decor.Idem 1.

——Diuini ſigna decôris.

Item,parêre pro obtemperare.Tibull.lib.1.

Longa dies homini docuit parêre leones.

Parere pro eniti. Terent. in And.

Hanc ſimulant parere, quò Chremetem abſterreant.

Verſus hic quoque eſt iambicus ſenarius. Hanc differentiã pulchrè vno verſu oſtẽdit Alcimus lib. 1.

Quì cùm paſſurus ligno ſublimis in alto
Pendêret, nexuſque & culpas penderet orbis.

Item cecidi, à cado. Virg.

—Ceciditque ſuperbum Ilium—

Cecîdi, à Cædo. Ouid.

Silua frequẽs trabibus, quã nulla ceciderat ætas.

VI. Significatio, vt, Oblitus ab obliuiſcor, media longa. Virg. in Buc.

Nunc oblîta mihi tot carmina.—

Oblitus ab oblinor, eadem breui. Tibul.

Oblitus & muſto feriet pede ruſticus vuas.

Alia ſignificatio nominis eſt, cũ canit Virgilius.

—Gaudent propagine vites,

alia cum idem,

—Nimium vobis Romana propago
Viſa potens ſuperi.—

primum enim dicitur de plantis, alterum de hominibus. Valet hæc eadem in primis ſyllabis, vt cum Ouidius canit de tabellis:

—At quondam vile fuiſtis acer.

loquitur de arbore, Cum verò idem de equo,

Acer, & ad palmæ per ſe curſurus honores:

aperta ſyllabæ eſt differentia. Apud eundem:

Verba puellarum foliis leuiora caducis.

quid leue ſit, eſt notiſſimum. Apud Tibullum autem aliud ſignificat, canentem:

Carior eſt auro iuuenis, cui læuia fulgent Ora,

VII. Vſus auctorum. Nomina quędam habent indifferentem penultimam Catul.

Mu-

Mucusque & mala pituita naſi. Perſius.

Somnia pituitæ qui purgatiſſima mittunt.

Meliorum autem ſemper emineat atque valeat au-ctoritas.

II. *Diminutione*,

Qua ſyllaba indifferens eſt, & quantitatis vtriuſque particeps. Diminutio autem eſt detractio, cùm de fine dictionis vna atque altera, plurẹs ve ſyllabę demuntur, & ex eo, quod reliquum eſt, elicitur quantitas. Fieri hoc nequit, niſi in dictionibus quatuor aut plurium ſyllabarum. Tibull.

Pieridas pueri, doctos & amate Poetas.

In nomine Pieridas, abiecta vltima ſyllaba, manet Pieri, vnde antepenultimam intelligimus eſſe breuem. Item, Sceleratiſſime, ſcire ſi voles, LE quanta ſit, tolle ſyllabas finales tres: Ra quanta, aufer duas: tum hanc produci, illam corripi, ex ipſo deprehendes accentu.

DE VLTIMA SYLLABA.

Vltimæ ſyllabæ iudicantur ſpeciatim ex terminatione vel vocalium, qui apud Latinos ancipites ſunt, excepto v. vel conſonantium, quarum etiam diuerſa & multiplex eſt in quantitate variatio.

I.

TERMINATIO VOCALIS.

A.

A producuntur. Nominatiui, Accuſatiui & Vocatiui cuiuſcunq; generis, declinationis, numeri corripiuntur: vt, Poeta, Muſa. indigena, dogma, ſcamna, Bactra. Numeralia, quæ non declinantur, longa ſunt Virg.

Triginta capitum fœtus enixa iacebit.

Ablatiuus primæ producitur: Accuſatiui Græci corripiuntur. vt,

---Aga-

—Agamemnona pœnitet ire.

Vocatiui item à Græcis quidam producuntur: vt, Aenea, Theutra. quidam corripiuntur: vt, Atrida apud Propertium, & Oreſta apud Ouidiũ. Ita, quia, corripiuntur. Antea aduerbium producitur, Poſtea corripitur.

E.

E corripiuntur. Ablatiuus quintæ producitur. vt, Die, ſpecie. Græca femininaproducuntur, Penelope, Canace, Euadne. Neutra item indeclinabilia producuntur: vt, Cete, Tempe. Vocatiuus primæ & tertiæ nominatiuorum E S terminatorum producitur: vt, Anchiſe, Achille. Itẽ Ablatiuus tertiæ, à Græcis primę, producitur. vt,

Laerteque ſatus.—

Imperatiuus ſecundæ producitur: vt, Doce. Ab adiectiuis in V S deriuata aduerbia, item aduerbiorum gradus in comparatione producuntur: vt, Doctè, doctiſſimè. excipiuntur bene, & malè. Ab adiectiuis in I S, corripiuntur: vt, Facilè. Item illa primitiua, penè, ritè, ſæpe, nempe, quippe. Excipiuntur ferè, fermè, hodie. Coniũctiones encliticę, que, ne, ve, breues ſunt. quibus additur T E, in compoſitione: vt, meopte, vopte, & tute.

Propert. lib. 3.

Nullo præmiſſo de rebus tute loquaris.

Item C E: vt, eiuſce, huiuſce.

I.

I producuntur. Niſi, quaſi, corripiuntur. Mihi, tibi, ſibi: item, vbi & ibi, ſunt communia: horum tamen compoſita producuntur, vbique & ibidem. Græci vocatiui, breues. Ouid.

Tu Pari ſemper ama. &

Phylli fac expectes Demophoonta tuum.

O.

O communia ferè ſunt. Græca maſculina plerunque corripiuntur:vt,Apollo,Plato, Zeno.Feminina ſemper producuntur: vt, Dido,Hero, Sappho. Datiuus & ablatiuus ſecundæ declinationis producuntur.Aduerbia in O producuntur,exceptis modò & citò,quæ habentur communia: item in illius compoſitis,poſtmodo & quomodo.In DO gerundia natura longa,vſu breuia. Tibull.

Aufer & ipſe meum pariter medicãdo dolorem.

V.

V producũtur omnia.Seruius & Victorin9 aiunt corripi,ſine auctoritate:illud tamen in. 8.Aen.

Tuque ô Tybri,tu ô genitor cũ flumine ſancto. imitatione Græcorum dictum eſt:nimirùm vt ſequente vocali,ſyllaba longa corripiatur.

II.

TERMINATIO CONSONANTIS.

B.

B corripiuntur. vt,ab, ob, ſub. Externa producuntur: Iob,Iacob.

C.

C producuntur:Excipe,nec,donec,Fac,verbum: & Hic,pronomen,ſunt communia.

D.

D corripiuntur. vt, ad, ſed,quid,quod. Barbara producuntur,Dauid,Bogud.

L.

L corripiuntur: excipe Sol. Peregrina cenſentur longa,Tanaquil,Gilgil,Daniel,Michael.

M.

M corripitur, ſi non elidatur: vt apud Comicos fit,& Lucretium.Id appâret ex compoſitis.Ouid.

More lupi clauſas circumeuntis oues.

nam

nam Tibullus ad Meſſalam Græca conſuetudine:

Cimmeriωn etiam obſcuras acceſſit ad oras.

N.

N corripiuntur. Græca producuntur: vt, Pan, Titan, Pæan. item, Hymen, Siren, attagen. item, Ixion, Actæon. item, Delphin, Salamin, Trachyn, Phorcyn. Accuſatiuus primæ & ſecundę inflexionis producitur. Horat.

Pythagoran, Anytique reũ, doctumque Platona.

Ouid.

Andromeden alius ſpectet, claramq; Coronam.

Secundæ tamen in A N, interdũ producitur. Idem:

Qui legis Electran, & egentem mẽtis Oreſtem.

interdum corripitur, vt apud eundem:

Maian, & Electram, Taygetamque Ioui.

Tertiæ & quintæ in O N, I N, & Y N corripitur.

Ouid. —Acheloon & Inachon amnes. Prop.

Thyrſin, & attritis Daphnin arundinibus.

Ouid. —Feſſum Rhadamanthyn & Aeacõ annis.

R.

R corripiuntur. Excipe vir & cor, quæ ſunt communia. Par cum compoſitis producitur. Græca à quinta declinatione producuntur. vt, Aer, æther, character, crater, ſpinther, Iber. nam à tertia corripiuntur: vt, Leander, Euander, Thymber. De prioribus etiam excipiuntur, pater & mater.

A S.

As producuntur. Græca quintæ, in D O S genitiuum habentia, corripiuntur: vt, Ilias, Pallas pro dea, Pythyas pro muliere. item Accuſatiui plurales. Ouid.

Et multos illic Hectoras eſſe puta.

E S.

Es producuntur. Genitiuis creſcẽtia nomina cor

ripiuntur: vt, Miles, ſeges, hebes. Excipe abies, aries, paries, Ceres: & pes cum cõpoſitis, vno ex iiſdem rurſus excepto, quod eſt præpes. vt,

Præpes adunca Iouis. ----

Terminatio Græca breuis eſt. Ouid. in Faſtis

Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.

Idem in Heroidibus:

Occurrét longo tibi Troades agm ine matres. Iuuenalis Sat. 7.

----tenet inſanabile multos
Scribendi cacoëthes, & ægro in corde ſeneſcit.

E s à verbo Sum, cum compoſitis corripitur: ab edo producitur. Penes præpoſitio breuis eſt.

I S.

I s corripiuntur. Gentilia, & alia quædam propria maſculina producuntur: vt, Samnis, Curis, Opois, Simois: Feminina verò corripiuntur, Theſſalis, Titanis, Thetis. Datiuus & ablatiuus plurales in I s producuntur. Secunda perſona præſentis, quartæ coniugationis, eſt longa. Ouid.

Quid valeam neſcis, & te mea robora fallunt.

Longa etiam ſunt, is, ſis, vis, fis; cum compoſitis. Item, quamuis, velis, poſſis. Vltima futuri ſubiunctiui interdum producitur. Ouidius de Art.

Credula ſi fueris, aliæ tua gaudia carpent.

Idem in Faſtis:

Da mihi te placidum, dederis in carmina vires.

Quis ablatiui caſus producitur. Virg.

Quîs ante ora patrum.

O S.

O s producuntur. Excipe os oſſis, compos, impos. Quorum genitiuꝰ apud Græcos in diphthongum exit, eorum nominatiui breues ſunt. vt, Ios, Argos, Delos, chaos. Genitiui etiam Græci breues ſunt:

vt,

vt, Arcados, Thetyos. Attica producuntur. Ouid.
Viueret Androgeos vtinam, nec facta fuiſſet.

VS.

VS corripiuntur. Feminina genitiuis creſcentia producuntur: vt, ſalus, virtus, incus, pecus pecudis. Genitiuꝰ ſingularis, & caſus plurales in vs quartę, ſunt longi. Græca producuntur: vt, Hydrus, Amathus, Melampus, Panthus. Item Genitiui: vt,

Fatidicæ Mantûs.---

YS.

YS peregrina corripiuntur: vt, Capys, Libys. Excipitur Thetys, pro vxore Oceani.

T.

T corripiuntur. In verbis interdũ hęc littera producitur. Ouidius:

Non adiit aptè, nec legit idonea credo
Tempora.-----

Martianus id T ait eſſe communia.

OBSERVATIO.

A communibus regulis, ſi quid diuerſi apud antiquos inuenitur poetas, quamuis auctoritatẽ habeat, non omni in loco imitandum; ſed obſeruatio nibus eruditorum reſeruandum eſt. In nomine Euripus, cùm ponitur pro freto, vt apud Lucanum, Senecam, Silium, Val. Flaccum, Auſonium; item, cùm pro aquæductu, vt Cicero exponit, vt apud Ouidium 1. de Ponto:

Stagnaque & Euripi, virgineusque liquor:
producit, vt appáret, penultimam: quam Boethius breuem ponendo primus luxauit. Similiter in nomine Edonius, antepenultimam producunt Virgilius, Horatius, Ouidius: quos ego imitari malim, quàm aut Lucanum aut Silium, qui eandem corripiunt, cùm ille Thraciæ populus ſint ἠδωνοί. Eccleſi

aſtici ſcriptores idolum & paraclitus, εἴδωλον καὶ παράκλητος in penultimis contra naturá corripiunt: ſed id dederunt cōſuetudini vulgi canētis, ne quid diſſonum in templis audiretur. Hæc duo nomina Voluptas & Venuſtas, ante pt & ſt literas, corripi apud Comicos certum eſt, exēplo Græcorū: quemadmodum, & alia quædam cùm ante eaſdem literas, tum ante illas ſc, mn, gn, cm, atque ſimiles, vt in explicationibus Terentianis probauimus Comicorum & Epicorum exemplis. In priore autem nomine Voluptas metri gratia non nulli elidunt vocales: Camerarius ò, vt ſit vluptas: Eraſmus v, vt ſit volptas. nonnulli elidunt conſonantes: Glareanus p, vt ſit volutas: Alciatus t, vt ſit volupas. quibus equidem eliſionibus nihil eſſe opus exiſtimo. Talia ſunt, Fieri, prima longa: Suſpicio, longa antepenultima: Abi, redi, vltimis breuibus apud eoſdem Comicos, præter vſitatam aliorū poetarum conſuetudinem. Verùm nos puerorum ratione habita, & demonſtrata via eiuſmodi exempla cognoſcendi, prolixiores exemplis non erimus.

DE NOVEM VSITATISSIMIS Carminum generibus.

IN compoſitione carminis loca & pedes ſunt obſeruandi. Locus (quem & regionem nominant) eſt, poſitus ſeu collocatio pedis. Pes eſt, apta & conueniens ſyllabarum compoſitio. Loca diſtinguuntur ſecundum æqualitatem & inæqualitatem: vt, ſecundus, quartus, ſextus, æqualia ſunt: primus, tertius, quintus, inæqualia, & ſic de cæteris. Pedes cenſentur ſyllabarum quantitate. primùm numero: alij enim duas, alij tres, alij quatuor ſyllabas habent. deinde correptione & productione: alij enim ex breuibus aut longis, aut iiſdem inter ſe miſtis conſi-

conficiuntur. Pedes autem, quorum in his nouem carminum generibus vſus eſſe poteſt, ſunt hi:

Duarum ſyllabarum:

Pyrrhichius	∪∪	Deus.
Spondeus	— —	Vindex.
Iambus	∪—	Mali.
Trochæus	— ∪	Omnis.

Trium ſyllabarum:

Dactylus	— ∪∪	Pectore.
Anapæſtus, vel antidactylus	∪∪ —	Cupido.
Moloſſus	— — —	Virtutes.
Tribrachys, vel Choreus	∪ ∪ ∪	Colite.

Elegimus auté genera pręcipua nouem, quorum duo priora ab Epicis & Elegiacis vſurpantur communiter: Iambica, Trochaica, Anapęſtica, pręcipuè à Comicis & Tragicis; reliqua à Lyricis & aliis ſcriptoribus.

I. HEXAMETRVM.

Hexameter verſus, quem Cicero longum nominat, loca habet ſex, pedes binos, ſpondeum & dactylum. In quatuor locis prioribus indifferenter collocantur ſpondeus & dactylus, in quinto ſolus dactylus, in ſexto ſpondeus.

— — — — — — — — — —

— ∪∪ — ∪∪ — ∪∪ — ∪∪ — ∪∪ — —

Vnicuique dedit vitium natura creato.

II. PENTAMETRVM.

Pétameter verſus loca habet pauciora, ſed pedes eoſdem. In primo & ſecundo loco indifferenter aſſumit ſpondeum & dactylum, remanente tamen ſyllaba longa: in tertio & quarto ſolos dactylos, iterum cum ſyllaba longa.

— — — —

— ∪∪ — ∪∪ — — ∪∪ — ∪∪ —

Longius, aut proprius mors ſua quemque manet.

Ex Hexametro & Pentametro coniunƈto fit Elegiacum, quod eſt nunc omnium ſcriptorum vſitatiſſimum.

III. IAMBICVM SENARIVM.

Iambicum ſenarium ſeu trimetrum, pedes habet iambum & ſpondeum: ſed hunc locis tantùm admittit imparibus, primo, tertio, & quinto. Optimum eſt, quod ex puris iambis conſtat: illi proximum, quod iambis alternatim admiſtos habet ſpõdeos. qualia ſunt:

υ— υ— υ— υ— υ— υ—

—— υ— —— υ— —— υ

Suis & ipſa Roma viribus ruit. Item:
Nam fera non eſt ad bonos mores via.

Hoc aut additione aut tranſpoſitione verborum mutatur in Pentametrũ, mira quadã viciſſitudine:
Roma ſuis etiam viribus ipſa ruit. Et:
Ad mores non eſt nam via fera bonos.

Eâdem ratione pẽtameter mutatur in iambicũ, ademptione & tranſpoſitione. vt,
Frangitur ipſa ſuis Roma ſuperba bonis.
Bonis ſuperba Roma frangitur ſuis.

Sublatis duobus pedibus fit Iambicũ Dimetrũ, ſeu (vt alij vocant) quaternarium: cuius in Hymnis Eccleſiaſticis plurimus vſus eſt. vt,
Te manè laudum carmine,
Te deprecemur veſperi.

IIII. TROCHAICVM OCTONARIVM.

Trochaicum octonarium habet loca ſeptẽ, cum ſuperflua ſyllaba, pedes duos, trochæum & ſpondeum: trochæũ locis ſuſcipit omnibus; ſpondeum tantum paribus, ſecundo quarto & ſexto.

—υ

—ᴗ — ᴗ —ᴗ— ᴗ —ᴗ —ᴗ —ᴗ

—ᴗ— — —ᴗ —— —ᴗ ——ᴗ—

Ipſe iuſſit,& creata:dixit ipſe,& facta ſunt,
Terra,cœlum,foſſa ponti,trina rerum machina.

Hoc genus vnica tantum ſyllaba in initio prępoſita,in Iambicum mutatur octonarium. Trochaicum autem catalectum appellatur,cui ad perfectionem deeſt ſyllaba. Vt,

Crux fidelis, inter omnes arbor vna nobilis.

Iambicum verò acatalectũ,cui nihil deeſt,vt præpoſita ſuperiori verſui vocandi nota,

O crux fidelis,inter omnes arbor vna nobilis.

V. ASCLEPIADEVM.

Aſclepiadeum primo loco accipit ſpondeum,ſecundo dactylum , remanente longa ſyllaba, tertio & quarto dactylum. Qui per choriambos metiuntur , à quibus proprio nomine appellatur : rectius quidem illi,ſed hoc incipientibus facilius.

Fit igitur hunc in modum.

—— —ᴗᴗ — —ᴗᴗ —ᴗᴗ

paſtor cum traheret per freta nauibus.

Ex hoc carminis genere fit pentametrum, vnica ad finem adiecta ſyllaba:vt ſi dicas,

Paſtor cum traheret per freta nauigiis.

VI. PHALECIVM.

Phalecium ſeu Hendecaſyllabũ habet loca quinque,pedes tres.Primo loco recipit ſpondeum,altero dactylum,tribus reliquis trochæum.

—— —ᴗᴗ —ᴗ —ᴗ —ᴗ

Nobis cumſemel occidit breuis lux.
Nox eſt perpetu'vna dormienda.

Hoc commoditate ſua tranſit in Iambicum ſenarium,vnius ſyllabæ facta adiectione, & permutatione verborum.

No-

Nobis ſemel cum perbreuis lux occidit,
Nox vna cunctis dormienda eſt perpetim.

VII. SAPPHICVM.

Sapphicum, quod & ipſum hendecaſyllabum, certos & immutabiles retinet pedes in omnibus quinque locis ſeu regionibus, Primo trochæum, ſecundo ſpondeum, tertio dactylum, extremis duobus trochæum. Rarò ponitur abſq; dimetro Adonico, ex dactylo & ſpondeo conſtante, hoc modo.

— υ — — — υ υ — υ — υ

— υ υ — —

Ocium & reges prius, & beatas
Perdidit vrbes.

Sapphicum quia tot loca habet, quot Phalecium, & ex iiſdem omnino conficitur pedibus, facilimè alterum in alterum tranſit: vt,

Et reges prius ocium, & beatas
Vrbes perdidit.

VIII. ANACREONTEVM

Anacreonteũ, ſeu heptaſyllabum, habet loca tria, & ſyllabam vnam: pedes vſitatos duos, iambum & ſpondeũ. Loco primo ponitur iambus vel ſpondeus, & huius reſolutione interdum anapæſtus: reliquis tantum iambus.

υ — υ — υ — —

— — υ — υ — υ

Sat eſſe quiete dulci
Feſſum fouere corpus.

Hoc quoque adiectione ad finẽ ſyllabæ, fit iambicũ quaternariũ, hoc eſt, ex mutilato integrũ. vt,

Sat eſt quiete languida
Dulci fouere corpora.

IX. ARISTOPHANICVM.

Ariſtophanicum anapæſticũ, quo in choris Tragic

gici vtuntur: loca habet quatuor, pedes tres, anapæſtum, dactylum, ſpondeum: qui pedes in locis omnibus collocantur indifferenter.

— — ᴗᴗ— ᴗᴗ— — —

ᴗᴗ— ᴗᴗ— — ᴗᴗ —ᴗ

Caſtos ſequitur mala paupertas,
Vitioque potens regnat adulter.

Hæc de vſitatis carminum generibus, & de ipſorum inter ſe varietate & neceſſitudine quàm breuiſſimè diximus. Ad percipienda autem præcepta, & ad facultatem in ſcribendo comparandam non inutile iudicamus: vel ex oda Horatiana Elegiam facere, vel ex aliquo epigrammate aliud genus carminis excudere, vel (quod mihi magis probatur) vnum idemque argumentum modis diuerſis exponere. Hoc aliquibus veterum monſtrare exemplis, opportunum videtur, vbi idem argumentum diuerſis carminum generibus tractatum eſt.

HYPERMNESTRAE PIETAS
in maritum.

HORAT. LIB. III. CAR.
Od. XI.

AVdiat Lide ſcelus, atque notas
Virginum pœnas, & inane lymphæ
Dolium fundo pereuntis imo,
Seraque fata,
Quæ manent culpas etiam ſub orco.
Impiæ nam quid potuere maius?
Impiæ ſponſos potuere duro
Perdere ferro.
Vna de multis face nuptiali
Digna, periurum fuit in parentem
Splendidè mendax, & in omne virgo
Nobilis æuum.

Sur-

Surge, quæ dixit iuueni marito,
Surge: ne longus tibi ſomnus, vnde
Non times, detur: ſocerum, & ſceleſtas
Falle ſorores:
Quæ velut nactæ vitulos leænæ
Singulos eheu lacerant. ego illis
Mollior, nec te feriam, neque intra
Clauſtra tenebo.
Me pater ſæuis oneret cathenis,
Quod viro clemens miſero peperci:
Me vel extremos Numidarum in agros
Claſſe relêget.
I, pedes quô te rapiunt, & auræ,
Dum fauet nox, & Venus: i ſecundo
Omine, & noſtri memorem ſepulcro
Scalpe querelamr
Ouid. in Heroid.
Ducimur Inachides magni ſub tecta Pelaſgi,
Et ſocer armatas accipit ipſe nurus.
Vndique collucent præcinctæ lampades auro,
Dantur in inuitos impia thura focos.
Vulgus hymen Hymenęe vocãt: fugit ille vocãtes,
Ipſa Iouis coniux ceſſit ab vrbe ſua.
Ecce mero dubij comitum clamore frequentes,
Flore nouo madidas impediente comas,
In thalamos, læti iuuenes, ſua buſta, feruntur,
Strataque corporibus funere digna premunt.
Iamq́ue cibo vinoq́ue graues, ſomnoq́ue iacebant,
Securumq́ue quies alta per Argos erat.
Circum me gemitus morientum audire videbar;
Et tamen audieram, quodq́ue verebar, erat.
Sanguis abit, mentemq; calor corpusq; relinquit:
Inque nouo iacui frigida facta toro.
Vtq́ue leui Zephyro graciles vibrantur ariſtæ:
Fri-

Frigida populeas vt quatit aura comas:
Aut ſic,aut etiam tremui magis. ipſe iacebas,
Quæque tibi dederam vina ſoporis erant.
Excuſſere metum violenti iuſſa parentis:
Erigor,& capio tela tremente manu.
Non ego falſa loquor,ter acutum ſuſtulit enſem,
Ter malè ſublato decidit enſe manus.
At rurſus monitis,iuſſuque coacta parentis
Admoui iugulo tela paterna tuo.
Sed timor,& pietas crudelibus obſtitit auſis,
Caſtaque mandatum dextra refugit opus.
Dum petis amplexus,ſopitaque brachia iactas,
Penè manus telo ſaucia facta tua eſt:
Iamque patrē,famulosque patris, lucēque timebā:
Expulerant ſomnos hæc mea dicta tuos.
Surge age Belide,de tot modò fratribus vnus:
Nox tibi,ni properas,iſta perennis erit.
Territus exſurgis:fugit omnis inertia ſomni,
Adſpicis in timida fortia tela manu.
Quærenti cauſſam,Dum nox ſinit,effuge,dixi:
Dum nox atra ſinit:tu fugis. ipſa moror.
Manè erat,& Danaus generos de cæde iacentes
Dinumerat.ſummæ criminis vnus abes.
Fert malè cognatæ iacturam mortis in vno:
Et queritur facti ſanguinis eſſe parum.
Abſtrahor à patriis pedibus,raptamque capillis
(Hæc meruit pietas præmia)carcer habet.
At tu,ſi qua piæ Lynceu tibi cura ſororis,
Quæque tibi tribui munera,dignus habes:
Vel fer opem, vel dede neci,defunctaque vita
Corpora furtiuis inſuper adde rogis:
Et ſepeli lacrimis perfuſa fidelibus oſſa,
Sculptaque ſint titulo noſtra ſepulcra breui.

RES GESTAE THESEI.

Ouid.

Ouid in Heroid.

INter & Aegidas media ſtatuaris in vrbe
Magnificus titulis ſtet pater antè ſuis.
Cùm fuerit Scyron lectus, toruuſque Procuſtes,
Et Scinis, & tauri miſtaque forma viri,
Et domitæ bello Thebæ, fuſique Bimembres,
Et pulſata nigri regia cæca Dei:
Hoc tua poſt illos titulo ſignetur imago:
Hic eſt, cuius amans hoſpita capta dolo eſt.

Idem 7 Meta.—te maxime Theſeu
Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri,
Quodque ſuam ſecurus arat Cromyona colonus,
Munus opusq; tuum eſt. tellus Epidiauria per te
Clauigeram vidit Vulcani occumbere prolem.
Vidit & immitem Cephiſias ora Procuſten.
Cercyonis telum vidit Cerealis Eleuſis.
Occidit ille Scinis magnis malè viribus vſus,
Qui potuit curuare trabes, & agebat ab alto
Ad terram latè ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad Alcathoën Lelegeïa mœnia limes
Compoſito Scyrone patet, ſparſiſque latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus vnda.
Si titulos, annoſque tuos numerare velimus,
Facta prement annos.—

HERCVLIS VICTORIAE.

Lucret. lib. 5.

Herculis antiſtare autem ſi facta putabis;
Longius à vera multo ratione ferere.
Quid Nemeæus enim nobis nunc magnus hiatus
Ille leonis obeſſet? & horrens Arcadius ſus?
Denique quid Cretæ taurus, Lernæa que peſtis
Hydra venenatis poſſet vallata colubris?
Quid ve tripectora tergemini vis Geryonaï?
Et Diomedis equi ſpirantes naribus ignem,

Thra-

Thracē, Biſtonias que plagas,atq; Iſmara propter,
Tantopere officerent nobis?vncis que timendæ
Vnguibus Arcadiæ volucres Stymphâla colentes?
Aureá que Heſperidum ſeruans fulgentia mala
Aſper,acerba tuens,immani corpore ſerpens,
Arboris amplexus ſtirpem,quid denique obeſſet
Propter Atlanteum litus,pelagé que ſeuera,
Quò neq; noſter adit quiſquā,nec barbar9 audet?
Cetera de genere hoc quæ ſunt portenta perēpta,
Si non victa forent, quid tandem viua nocerent?

Cicero ex Sophocle.

Veſtro ne preſſu quondam Nemeus leo
Frendens,efflauit grauiter extremum halitum?
Hæc dextra Lernam tetram,mactata excetra,
Placauit:hæc bicorporem affixit manum:
Erymanthiam hæc vaſtificam abiecit beluam:
Hęc è Tartarea tenebrica abſtractum plaga,
Tricipitem eduxit Hydra generatum canem:
Hæc interemit tortu multiplicabili
Draconem,auriferam obtutu aſſeruantē arborem,
Multa alia victrix noſtra luſtrauit manus:
Nec quicquam è noſtris ſpolia cepit laudibus.

Ouid.9.Metam.

Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore
Buſirim domui?ſæuoq́ue alimenta parentis
Antæo eripui?nec me paſtoris Iberi
Forma triplex , nec forma triplex tua Cerbere
mouit.
Vos ne manus validi preſſiſtis cornua tauri?
Veſtrū opus Elis habet,veſtrū Stymphalides vndę,
Partheniumq́ue nemus:veſtra virtute relatus
Thermodontiaco cælatus baltheus auro,
Pomaq́ue ab inſomni malè cuſtodita dracone.
Nec mihi Centauri potuere reſiſtere: nec mî
Arca.

Arcadiæ vaſtator aper: nec profuit Hydræ,
Creſcere per damnum: geminaſq; relumere vires.
Quid? cùm Thracis equos humano ſanguine pingues,
Plenaque corporibus laceris præſepia vidi?
Viſaque deieci? dominumque ipſoſque peremi?
His eliſa iacet moles Nemeæa lacertis.
Hac cœlum ceruice tuli.

Cicero in Hercule furente.

Infantis ætas monſtra ſuperauit priùs,
Quàm noſſe poſſet: gemina criſtati caput
Angues ferebant ora, quos contrà obuius
Reptauit infans, igneos ſerpentium
Oculos remiſſo pectore, ac placido intuens,
Arctos ſerenis vultibus nodos tulit,
Et tumida tenera guttura elidens manu,
Prælufit Hydræ. Mænali pernix fera,
Multo decorum præferens auro caput.
Deprenſa curſu eſt. maximus Nemeæ timor
Gemuit lacertis preſſus Herculeis leo.
Quid ſtabula memorem dira Biſtonij gregis,
Suiſque regem pabulum armentis datum?
Solitumque denſis hiſpidum Erymanthi iugis
Arcadica quatere nemora Mænalium ſuem?
Taurumque centum non leuem populis metum?
Inter remotos gentis Heſperiæ greges,
Paſtor triformis litoris Tarteſſij
Peremptus, acta eſt præda ab occaſu vltimo.
Notum Cithæron pauit Oceano pecus,
Penetrare iuſſus ſolis æſtiui plagas,
Et aduſta medius regna quæ torret dies:
Vtrinque montes ſoluit abrupto obice,
Etiam ruenti fecit Oceano viam.
Poſt hæc adortus nemoris opulenti domos
Auri-

Aurifera vigilis ſpolia ſerpentis tulit.
Quid ſæua Lernæ monſtra, numeroſum malum,
Non igne demum vicit, & docuit mori?
Solitasque pinnis condere obductis diem,
Petiit ab ipſis nubibus Stymphalidas?
Non vicit illum cœlibis ſemper tori
Regina, gentis vidua Thermodontiæ:
Nec ad omne clarum facinus audaces manus,
Stabuli fugauit turpis Augiæ labor.

Virgilij monaſticha.

Prima Cleonęi tolerata ęrumna leonis.
Proxima Lernæam ferro & face contudit Hydam.
Mox Erymantheum vis tertia perculit aprum.
Aeripedes quarto tulit aurea cornua cerui.
Stymphalidas pepulit volucres diſcrimine quinto.
Threiciam ſexto ſpoliauit Amazona balteo.
Septima in Augiæ ſtabulis impenſa laboris.
Octaua expulſo numeratur adorea tauro.
In Diomedeis victoria nona quadrigis.
Geryone extincto decimam dat Iberia palmam.
Vndecimũ mala Heſperidũ diſtracta triumphum.
Cerberus extremi ſuprema eſt meta laboris.

Eiuſdem.

Compreſſit Nemeæ primum virtute leonem.
Extincta eſt anguis quæ pullulat Hydra ſecundò.
Tertius euictus ſus eſt Erymanthius ingens.
Cornibus auratis Ceruam necat ordine quarto.
Deiicit horriſono quinto Stymphalidas arcu.
Abſtulit Hippolyte ſexto ſua vincula victæ.
Septimus Augiæ ſtabulum labor egerit vndis.
Octauo domuit magno luctamine taurum.
Tum Diomedis equos nono cum rege peremit.
Geryonem decimo triplici cum corpore vicit.
Vndecimo abſtractus vidit noua Cerberus aſtra.

Poſtremò Heſperidum victor tulit aurea mala.

Idem in 8. Aeneid.

Hic iuuenum chorus, ille ſenum; qui carmine laudes
Herculeas, & facta ferunt. vt prima nouercæ
Monſtra manu, geminoſq; premēs eliſerit angues:
Vt bello egregias idem diiecerit vrbes,
Troiamque Oechaliamq;: vt durus mille labores
Rege ſub Euryſtheo, fatis Iunonis iniquæ,
Pertulerit. tu nubigenas, inuicte, bimembres,
Hylenmque Pholumque manu, tu Creſſia mactas
Prodigia, & vaſtum Nemeæ ſub rupe leonem.
Te Stygij tremuere lacus, te ianitor Orci,
Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento:
Nec te vllæ facies, non terruit ipſe Typhoëus
Arduus, arma tenens: non te rationis egentem
Lernæus turba capitum circumſtetit anguis.
Talia carminibus celebrant, ſuper omnia Caci
Speluncam adiiciunt, ſpirantēque ignibus ipſum.

DE VIRTVTIBVS ET VITIIS CARMINIS ELEGIACI.

CArminis Elegiaci virtus & elegantia, cùm in vſitata pedū compoſitione poſita eſt, tū etiam in litterarum ac ſyllabarū ſuaui & modulata coniunctione; proximè in inciſis, ad quæ & colliſiones & eliſiones adiungimus: quæ numerum efficiunt aut meliorem pleniorem que, aut eundem planè corrūpunt. Ad hæc delectus optimorum verborum, & compoſitio apta adhibenda eſt: nec minimum ornamenti afferunt epitheta, ſi quis in loco & cum iudicio iis vtatur. Has autem boni & artificioſi carminis partes ſex, exemplis declarabimus.

I. DE PEDIBVS

I.

Apta

Apta pedum connexio & varietas præcipuum carminis Elegiaci ornamentũ eſt. Verſus enim longi, qui ex ſolis ſpondeis fiunt, tardè nimis incedũt: qui ex ſolis conſtant dactylis, nimis feruntur celeriter. Iucunda eſt igitur eorum pedum viciſſitudo, & quaſi temperamentum. vt,

Non eſt certa fides, quam non iniuria verſat.
Turpe, reos empta miſeros defendere lingua.

II.

Si oſtendenda erit tarditas aut difficultas, vel ſi grauitas aut dignitas exprimenda, ſpondei locum proprium habent. Ouid.

Nituntur longo veſtigia ponere cliuo. Propert.
Quid me ſcribendi tam vaſtum mittis in æquor?

Apud Heroicos illuſtriora ſunt exempla. Virg.
Illi inter ſeſe multa vi brachia iactant. Idem:
Tun'ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſæ
Alma Venus peperit?----

III.

In rebus contrariis eſt dactylis vtendũ, vt in re læta & alacri. Tibull.

Quiſquis amore tenetur, eat tutusq; ſacerq;. Idẽ
Namq; agor, vt per plana citus ſola verbere turbo.

Item, quãdo celeritate & impetu opꝰ eſt. Ouid
Imminet hic, ſequiturque parẽ, ſimiliſque tenenti,
Non tenet ---- Virg.
Inde vbi clara dedit ſonitum tuba, finibus omnes,
Haud mora, proſiluêre ſuis: ferit æthera clamor.

IIII.

Omnès cùm improprij, tum peregrini pedes fugiendi. Improprij fiunt aut reſolutione, vt proceleuſmaticus dactyli, qui tribus locis hexametri, primo, ſecundo, quinto inuenitur. Aut inuerſione, vt anapæſtus dactylo contrarius: qui plerunque pri-

mum locum occupat, interdum etiam ſecundum. Horat.

Vehemens & liquidus, puroque ſimillimus amni.

Epigramma antiquum:

Lælia tua debent nec benefacta mori.

Peregrini pedes, quibus aut luxatur aut extenditur numerus. In quib. luxatur minuiturue, ſunt pedes tres:

Iambus ∪-- Virg. loco quarto:

Congredior, fer ſacra pater, & concipe fœdus.

Trochæus--∪ Idem, loco quarto:

Rumpe moras omnes, turbataque arripe caſtra.

Tribachys ∪∪∪. Ouid. loco ſecundo & tertio:

Qua periit aliquis, potes hanc cõtingere dextram:

Vt puer, & vacuus, & inobſeruatus in herbis.

In quibus numerus extenditur, augeturque, ſed maxime apud antiquiſſimos, inueniũtur pedes ſex:

Creticus --∪-- In epitaphio antiquo Fuſci,

Factionis Venetæ Fuſco ſacrauimus Aram.

Amphibrachys ∪--∪. Virg.

Te Corydon ô Alexi, trahit ſua quęque voluptas.

Bacchius ∪-- -- in Probinæ epitaphio:

Diebus poſt paucis eſt comitata ſuos.

Pæon primus -- ∪∪∪ Ennius:

Sic mulier erubuit, ceu lac & purpura miſta.

Pæon ſecundus ∪-- ∪∪ Propert.

Eoſdem habuit ſecum, quibus eſt elata capillos.

Pæon quartus ∪∪∪ --. Enuius.

Capitibus nutantes pinus, rectoſque cupreſſos.

Hæc cognoſcenda propter antiquitatẽ & vſum auctorum: ſed quid imitandum ſit, facile iudicabunt prudentes & exercitati. Poſſunt autẽ iſta excuſari, tanquã figurate poſita κατὰ συνίζησιν ἢ ἐπίζευξιν, quæ ſunt ſpecies ἐπισυναλοιφῆς.

In exprimendo motu aliquo animi, aut ſignificanda re noua atque non opinata, contra carminis legem, quinta verſus longi ſede, ponitur ſpondeus, præcedente tamen plerunque dactylo. Catull.
Aequoreæ monſtrum Nereides admirantes. Virg.
Conſtitit, atq; oculis Phrygia agmina circũſpexit.

Nam inuſitatius eſt illud, quod apud eundẽ legitur: Aut leues ocreas lento ducunt argento.

V I.

Optimi verſus à Diomede habentur, qui quaſi vinculo pedum inter ſe connexi, ſerie continua ad exitùm deducuntur: verbóque in extremis collocato, abſolutam complectuntur ſententiam. Virg.
Oceanum interea ſurgens aurora reliquit. Tibull.
Intonſi crines longa ceruice fluebant.

Nulla in his verſibus dictio pedem abſoluit, ſed inter ſe omnes quaſi catenula cohærent. Laudari hoc & in vtraque pentametri parte poteſt. Ouid.
Vulgus amicitias vtilitate probat.
Si qua venit ſerò, magna ruina venit.

V I I.

Huic venuſtati vitium contrarium, cũ ſingulos pedes ſingulæ voces abſoluunt, omni cura ſtudióque eſt vitandum. Horatius:
Præter cætera Romæ méne poemata cenſes
Scribere?---- Nam & oratio impedita, & numerus diſſolutus eſt.

II. DE LITERIS ET SYLLABIS.

V I I I.

Vitanda tam in initio quàm in medio eſt litteræ eiuſdem aut ſyllabæ repetitio. Ouid. in Meta.
Corpora Cecropidum pennis pendêre putares,
Pendebant pennis. Idem in Hero.
Cum tibi ne victus tecto morerêre recuruo.

In priori luſerũt integris libellis Hugoldus, Portius, Mametanꝰ, maiore oſtẽtatione quàm fructu.

IX.

Quod autem aurium ſenſus tanquã ingratum reſpuit, id ſuo loco iucundum ac venuſtum eſt.

Ouid. in Faſt.

Menſe malum Maio nubere vulgus ait. Virg.
—Vidi, atro cùm membra fluentia tabo
Manderet, & trepidi tremerent ſub dentibus artus.

In Thyeſte Accij idẽ obſeruatũ eſt in trochaico:
Impius hortatur me frater, vt meos malis miſer
Manderem natos.—

X.

Fugienda itidem ſimilis in fine terminatio: nam prætérquam quòd de ornatu detrahit, etiã obſcuritatem parit.

Virg. —maculis quem Thracius albis
Portat equus, criſtaque tegit galea aurea rubra.
Propert. Et galea hirſuta compta lupina iuba.
Ouid. Flamma recens parua ſparſa reſedit aqua.

XI.

Ineptum neſcio quid habent ij verſus, qui in inciſo & extremo, æquali ſono finiũtur. Quales multi ſine affectatione etiam antiquis exciderunt. vt Ouidio:

Nec niſi finita per plurima vulnera vita.
Si Troiæ fatis aliquid reſtare putatis.
Quot cœlum ſtellas, tot habet tua Roma puellas.
Ipſe ego librorum video delicta meorum.

In Pentametris.

Quærebant flauos per nemus omne fauos.
Si mihi quod prodeſt, hoc tibi lector obeſt.

XII.

Verſus longus malè definit in dictionem vnius ſylla-

ſyllabæ,aut quatuor ſyllabarum. Lucretius lib. 1.
Augeſcunt aliæ gentes,aliæ minuuntur.

In duas ſyllabas ſuauiter,in tres viriliter terminatur. Hæc obſeruatio, ſicut omnes, neceſſitaté non habet,ſi decorũ aliud exigat. Monoſyllabæ autem in fine recté ponuntur,vel alia vnius ſyllabę dictione præcedente. Horat.

Principibus placuiſſe viris non vltima laus eſt.

Vel accentu ipſo adiuuante. Martial.

Scæuola tu cœnas apud omnes; nullus apud te.

Vel ſententia ipſa exigente. Vt apud Virgilium,

—Ruit Occeano nox. Et,

—Procumbit humi bos.

Quadriſyllabæ verò;aut cùm enclitica particula adiungitur. Vt Horatius,

—Quid enim differt,barathró ne
Dones,quicquid habes,an nunquam vtare paratis?

Aut cùm nomẽ proprium ſpecies ve certæ materię in fine collocatur. Vt Ouidus,

Arſit & Oenides in Mænalia Atalanta. Item Virg.
Incluſum buxo,aut Oricia terebintho.

XIII.

Verſus longo ſubiectus in vnam ſyllabam,altera antecedente,bene terminatur. Ouid.

Præmia ſi ſtudio conſequar iſta,ſat eſt.

Rectiſſimè in duas: rarius quidẽ in quatuor vel plures,ſed non vitioſè:

Forma nihil magicis vtitur auxiliis.
Lis eſt cum forma magna pudiciæ.

Duriſſimè definit in tres. Idem:

Spectarem qualis purpura te tegeret.

Præter hunc verſum, idem in aliis quinque eſt apud eundem Poëtam obſeruatum.

XIIII.

Alij Poëtæ cùm hoc euitare poſſent, ſtudio & ratione videntur captaſſe. Vt Tibull.

Bellica cum dubiis roſtra dedit ratibus. Idem:
Abdita quæ ſenis fata canit pedibus.

Dicere enim verbis tranſpoſitis potuiſſet:
Cum dubiis ratibus bellica roſtra dedit. &,
Quæ pedibus ſenis abdita fata canit.

Interdum propter ſententiam elegans eſt. vt:
Magna repentè ruunt, ſumma cadunt ſubitò.

XV.

Inuenuſtus videtur verſus pẽtameter fieri, ſi metri vltimi dactylus à particula monoſyllaba incipiat, & trium ſyllabarum vox cum enclitica inſequatur. Tibull.

Ne capiti ſoles, ne noceantve niues. Idem:
Meſſalam terra, dum ſequiturque mari.

Mollius hoc fit in repetita præpoſitione. Idem:
Perque tuos oculos, per geniumque rogo.

XVI.

Monoſyllabæ dictiones, ſi plures vno in loco cumulentur, deformant verſum. vt:

Non ex his eſt, qui ſe ſanos viuere curent.

XVII.

Eadem deformitas in dictionibus plurium ſyllabarum. vt in illo Horatij:

Quiſquis luxuria triſtí ve ſuperſtitione.

Scitum eſt viri nobiliſſimi Bouſlai Haſſenſtenij diſtichon, quo ludens cum viris doctis, eos communi conſenſu vicit:

Conturbabantur Conſtantinopolitani
Innumerabilibus ſollicitudinibus.

XVIII.

In uerſu longo relinquitur interdũ ſyllaba, quæ ab initio ſequentis abſorbetur: qui verſus Hypermetri

metri & Hypercatalecti dicuntur. Virg. in Aeneid.
Et magnos membrorum artus, magna oſſa, lacertosque Exuit.--- Idem in Georg.
Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem,
Aut foliis vndam.---

XIX.

Verſus longi aliquando mirabiliter recurrunt, quales illi ſunt Virgiliani:
Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo.
Ille rapit calidum fruſtra de uulnere telum.

III. DE INCISIS.

XX.

Inciſa illa, quæ ab aliis inciſiones, vulgò cæſuræ & manſiones dicuntur, planè ſunt obſeruanda: faciunt enim plenum & æquabilem numerũ. vt,
Quàm citò purpureos deperdit terra colores.
Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas.
Inciſo autem neglecto verſus quaſi titubant, vt apud Hor.
Non quiuis videt immodulata poëmata iudex.
Et apud Ouidium:
Ergo aliis latraſſe Dymantida flebile viſum eſt.

XXI.

Interdum hoc ipſo modo ſentẽtiæ vis excitatur. Virg.
Ecce volat, calcéq; terit iam calce Diores. Propert.
Vt noſtris tumefacta ſuperbiat Vmbria lib. Ouid.
Aſpicit hos, vt fortè pependerat æthere mater.

XXII.

Eſt, vbi accentus inciſi aſperitatẽ leniat. Propert.
Ah pereat, quicunque meracas repperit vuas.

XXIII.

Plura inciſa carminis grauitatem diſſolutione

quadam attenuant. Tibull.
Semper vt inducar blandos offers mihi vultus.

Et hoc minùs rigidum eſt, ſi in initium verſus veniant. Idem:
Caſta placent ſuperis, pura cum veſte venite.

XXIIII.

Propter inciſum fit, vt ſyllabæ breues interdum ponantur longæ. Tibull.
Te canit agricola, magna cum venerit vrbe. Ouid.
Nomen amicitia, nomen inane fides.

XXV.

In inciſo pentametri, vt & in eiuſdem extremo, duriuſculè collocātur voces monoſyllabæ. Catull.
O'dij reddite mî pro pietate mea. Et,
Aut facere, hæc à te dictáque factáque ſunt.

Vtrunque tamen mitigatur, dictione monoſyllaba antecedente. Alterius exemplum hoc ſit:
Magna tamen ſpes eſt in bonitate Dei.

Alterius verò ſuprà annotatum eſt, vbi de Syllabis agebatur.

IIII. DE ELISIONE ET COLLISIONE.

XXVI.

Synalœpha & ectlipſi, quando aut vocali ſequente vocalis antecedens colliditur: aut cum vocali, littera muta eliditur, non crebrò eſt vtēdum. In loco tamen vſurpatæ hæ figuræ, magnam afferunt gratiam. Virg.
Monſtrum horrendum, informe, ingēs, cui lumen ademptum. Idem:
Arua aliena iugo premere, atque auertere prædas.

Eliſio autem cùm in longam ſyllabam ferè incidat, carminis adiuuat grauitatem.

XXVII.

Eli-

Eliſio nulli loco minus conuenit, quàm verſus initio. Horat. tam cernis acutum
Quàm aut aquila,aut ſerpens. Idem:
Dum ex paruo nobis tantundem haurire relinquas. Idem:
Nam vt ferula cædas meritum maiora ſubire.

XXVIII.

In medio itidem, cùm in cæſuram incidit eliſio, eſt horridior. Idem:
Impetrat & pacem,& locupletē frugibus annum.

XXIX.

In quinto loco verſus longi, niſi certa cauſſa ſit, vt eleganter ac commodè fiat, nihil elidendū aut collidendum. Horat.
Loripedem rectus derideat, Aetiopē albus. Tibull.
Blanditias ne meas alij tu vendere es auſus?

Si conſiderentur vocales, qui aſperè non concurrant, hoc fit paulò ſuauius. Catull.
Difficile eſt longum ſubitò deponere amorē. Ouid.
Quid mihi fortunæ tantum, quid regna ſine vſu?

Eliſio autem quòd interdum iudicio fiat, hæc poëtæ exempla teſtantur:
Iuturnamque parat fratris dimittere ab armis.
Sic genus amborum ſcindit ſe ſanguine ab vno.
niſi enim hoc maluiſſet, ita potuiſſet dicere:
Dimittere fratris ab armis
Se ſanguine ſcindit ab vno.

XXX.

Nihil item ſimile committendùm in vltimo pede verſus pentametri, niſi id ſingulari iudicio fiat, vt apud Ouidium imitatione Propertij:
Quadriiugos cernes ſæpe reſiſtere equos.

XXXI.

Colliſio in cæſura pentametri vitanda, propter inſolen-

inſolentiam & antiquitatem. Propert. 3.

Herculis, Anteique, Heſperidumque choros.

XXXII.

Breuiter à multis duriſque eliſionibus colliſionibusque omnino abſtinendũ, tum facilitatis, tum pulcritudinis gratia. Quid enin poteſt eſſe horridius illo Catulliano?

Quàm modò qui me vnum atque vnicum amicum habuit. & hoc altero:

Troia (nefas) cõmune ſepulchrũ Europæ Aſiæque,
Troia virûm & virtutum omniũ acerba cinis.

XXXIII.

Eliſio vel potius ſubtractio conſonatium, in vſu amplius non eſt, & obſeruationis planè vetuſtę eſt: vt S & D litterarum, in nomine Lęlius, & in pronomine Illud, apud Lucilium, in eo verſu, qui citatur à Cicerone de Finibus:

Lælius præclarè & rectè ſophos, illudque verè.

Has autem litteras tenuitate ſua quaſi amitti, pluribus exemplis probaui, in explicatione Caſtigationũ in Terentiũ. Rei verò nec vſitatæ, nec ſequẽdæ, breuitatis inſtitutæ gratia, minimè plura exempla nunc cumulanda ſunt.

V. DE DELECTV ET COMPOSITIONE VERBORVM.

XXXIIII.

Impropriis planè non vtendum, niſi ſi quę auctoritatem habent. Vt ſpes pro metu. Ouid.

Spes quoque lentã fuit. tardè quæ credita lædunt
Credimus.

Promittere pro minari. Virg.

Promiſi vltorem, & verbis odiã aſpera moui.

id eſt, minatus ſum me vlturum. Idem:

O ſocij, neque enim ignari ſumus antè malorum.

hoc

hoc eſt, priſtinorum malorum ſumus nòn immemores. Ignarus enim eſt, qui neſcit: immemor, qui obliuiſcitur. Ouidius precium ponit pro pœna: Pindarus ποινὴν pro precio.

XXXV.

Barbara niſi Romana facta ſint conſuetudine, locum in oratione nullum habeant. Barbaris tamen quibuſdā vtimur. Vt Sariſſa, quod Macedonicum eſt, pro haſta. apud Ouidium: Corytus, quod Hetruſcum, pro pharetra, apud Virgiliū: & nūc Bombarda eſt fictum, ſed vſitatum nouæ rei vocabulum. Irpus Samniticum pro lupo, vt eſt apud Strabonem & Sex. Pompeium: vnde Irpini Italiæ populi. Italus antiqua Aboriginum lingua vitulus, auctoribus Feſto & Seruio: vnde ab vbertate paſcuorum dicta eſt ipſa Italia.

XXXVI.

Verba quæ eſſe deſierunt, vt antiquata: & in vulgi conſuetudine non ſunt, vt inuſitata: niſi de antiquis rebus ſermo ſit, non ſunt vſurpanda. Turbo, trochus eſt quo ludunt pueri, qui turben dicitur à Tibullo: ſed id ſtultè dictum ait Chariſius. Teſtu, pro teſta apud Ouidium in Faſtis, quod Nonius apud obſcuræ auctoritatis, ſed ſummos ſcriptores legi annotauit. Item moriri, pro mori: & abſtit, pro abſtitit, apud eundem, quæ à Priſciano obſeruata ſunt. Quanquam autem in noſtris nunc editionibus nihil tale inuenitur: ego tamen, qui non indiligens inquiſitor fui, eadem omnia in codicibus manuſcriptis, vt ſunt tradita à Grammaticis, reperi. Antiqua tamen interdum auctoritate valent. Ouid.

Eſtur, vt occulta vitiata teredine nauis.

Eſtur, pro conſumitur. Talia ſunt apud Virg. ex

ſen.

ſententia Fabij, Olli, Quianam, Mî, quibus dignitatem, vt ipſe inquit, dat antiquitas.

XXXVII.

Sordida & humilia, aut circumſcribēda ſunt, aut epitheto corrigenda. Bubulcum & ſubulcum noluit dicere Ouidius, ſed ſignis notauit,

Hoc faciunt cuſtoſque boum, longæuaq; nutrix,
Tertius immundæ cura fidelis haræ.

Idem gruem non nominauit verbo, ſed ab effectu deſcripſit:

Et quæ Pygmæo ſanguine gaudet auis.

Vt Virgilius ciconiam, de qua canit:

Candida venit auis, longis inuiſa colubris.

Aquas dicere pro mari nimis abiectum, vt & guttas pro lacrimis. Illud igitur Ouid. tali adiectione ſubleuauit:

—Per immenſas puppe feruntur aquas.

hoc Virgilius, cum inquit:

—guttis humectat grandibus ora.

Clauam idem de Hercule fugit dicere. ideo circumloquitur, modò per Synecdochen:

—Ramis vaſtiſque molaribus inſtat.

modò per Periphraſin. vt,

—Nodiſque grauatum
Robur.— 8. Aeneid.

Dicit tamen de Herculis comitibus in 10.

—Sternentes agmina claua
Deiecit letho: nihil illos Herculis arma,
Nil validæ iuuere manus.—

XXXVIII.

Inflata quoque & tumida non admittēda ſunt. cuius generis eſt illud Statij:

Magnanimum Aeaciden, formidatáque Tonanti
Progeniem. Item illud Silii.

Or-

Ordior arma, quibus cœlo ſe gloria tollit.

Talia poſſent multa annotari.

XXXIX.

Verba eadem non repetenda, ſed copia aliqua varianda ſunt. Virg. 7. Aeneid.

—Magno veluti cum flamma ſonore
Virgea, ſuggeritur coſtis vndantis aheni,
Exultantque æſtu latices, furit intus aquæ vis,
Fumidus atque altè ſpumis exuberat amnis,
Nec iam ſe capit vnda, volat vapor ater ad auras.

Aquam noluit dicere ſed vndans ſeu bulliens ahenum: deinde magis magiſque efferueſcentem nominauit primùm latices, inde aquæ vim, poſtea amnem, donec vocabulum non inueniret maius, niſi mare dixiſſet, quod erat nimis tumidum. ideo concludit, Nec iam ſe capit vnda.— In narratione duelli Herculis cum Caco, domicilium Caci generali nomine ſæpius ſpeluncam, deinde variè appellat vaſtũ receſſum, ſaxũ opacum, vaſtum antrum, ingentem regiam, vmbroſam cauernam, cauum ſaxum, domum caliginoſam, vel (vt ipſe)

—domum caligine cæcam,

ingentem ſpecum, domum atram.

XL.

Obſcœna omni ſtudio ita fugienda ſunt, vt turpis etiã verbi exemplũ ponere in hoc loco pudeat.

XLI.

Græca Latinis non miſcenda. ideo enim Lucilius Vectium reprehendit, qui Hetruſca Latinis: Lucilium ipſum Horatius, qui Græca Romanis miſcuit: quod etiam ineptè captauit Auſonius. Fieri tamen hoc aut ioci aut irriſionis gratia interdum poteſt: & nugatores circum feruntur qui Italica & Galli-

Gallica Latinis miſcuerunt, Merlinus Cocalius, & Antonius Harena.

XLII,

Quod dictum eſt de ſimplicibus & propriis verbis, idem etiam de coniunctis & mutuatis intelligendum eſt: Abſurdæ & humiles metaphoræ ſunt illæ Licienſis:

Quem ſtudio morum naturæ pinxerat vnguis,
Incauſto tinxit mors inimica ſuo.
Nullius vitij glacies hiemauit in iſto::
& quæ ſequuntur. Nec abſimile illud:
Paulus in orbe docet, fideique ligonibus omnes
Excolit, & fidei cogit flaueſcere meſſem,
Errorem fugiente ſolum —

Videant igitur adoleſcentes, ne in hac parte ſibi praua aliqua imitatione nimis allubeſcant.

XLIII.

Solęciſimus omnis tam in conſecutione, quàm in compoſitione verborum eſt vitãdus. Obſeruandi autem Græciſmi, quibus contra Latinorũ conſuetudinem poëtæ vtuntur, de quibus in libro de Syntaxi Græca egimus: de verborum autem compoſitione in libro Elegantiarum poëticarum exempla mox proponentur. Quicquid autem veterum aut exemplo, aut imitatione, aut aliqua modificatione non eſt dictum, id omne eſſe ſolęciſmum appellandum iudico.

XLIIII.

Participium caſus nominatiui in extremo verſus raró eſt ponendum. Virg.

Corripit in nodũ complexus, & angit inhęrens.
Propert.
Semper amet, fructu ſemper amoris egens.

XLV.

Ra-

Rarò in fine ponendum in DO gerundium.

Ouid.

Occidit Eurytion ſtultè data vina bibendo.

XLVI.

Sentētiæ propriis & perſpicuis verbis, & in conſuetudine poſitis, ſunt efferendæ: ita tamen, vt ne ſolutæ orationi planè ſimiles appareant. Hoc in quibuſdam Ciceronis ſententiis conſiderabimus.

In Paradox.

Magnum vectigal parſimonia. Lucretius:
Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parcè,

Idem ad C. Trebonium: Ferreus eſſem, ſi te non amarem. Helena ad Paridem, apud Ouidium:
Ferrea ſim, ſi non hoc ego pectus amem.

Idem ad Qu. Fratrem: Poëma animum vacuum ab omni cura deſiderat. Ouid.
Carmina proueniunt animo deducta ſereno.

Ad eundē: Omnis amor anxius eſt & ſollicitus.
Ouid. Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

Idem 1. de Legibus: Cùm natura cæteras animantes abiecíſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, & ad cęli quaſi cognationis domicilijque priſtini conſpectum excitauit, Ouid.
Pronaque cùm ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cælumque videre
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

Idem pro Milone: Magna eſt vis conſcientiæ, vt neque timeant qui nihil commiſerint: & pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccarint.

Ouid.

Conſcia mens vt cuique ſua eſt, ita cōcipit intra
Pectora pro facto ſpemq; metumque ſuo.

Idem: Eorū qui futuri ſunt, erit melius iudiciū.
Ouid. Iudicium melius poſteritatis erit.

Idem ad Papyrium Pætum: Vt aurum igne, ſic beneuolentia fidelis periculo aliquo perſpici ſolet: Ouid.

Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Idem in Bruto: Craſſo & Antonio L. Philippus proximus accedebat, ſed longo interuallo, tamen proximus. Virg.

Proximus huic, longo ſed proximus interuallo.

Portius Latro apud Senecam: Non vides vt immota fax torpeſcat, & ignes exagitata reſtituat? Ouid.

Vidi ego iactatas mota face creſcere flammas.
Et rurſus nullo concutiente mori.

XLVII.

Duobus verſibus aut pars ſententiæ, aut tota ſententia eſt abſoluenda: nec verbum reſeruandum in tertium vſque verſum eſt. Ouid.

Inſtiterám, quare primi Megaleſia ludi
Vrbe forent noſtra: cùm dea (ſenſit enim)
Illa deos, inquit, peperit.— Idem:
Quid tibi Piſandrum, Polybũque, Medõtaq; dirũ,
Antimachique auidas, Antinoique manus,
Atque alios referam?—

XLVIII.

Sententiæ ſimpliciter prolatæ, illuſtrari poſſunt exemplis: vt quod ſimpliciter dictum à Tibullo,
Non opibus mentes homini curæque leuantur:
id auxit duplici exẽplo Varro Atacinꝰ, vt citatur à Non. Marcello:
Non demunt animis curas aut relligionem
Perſarum montes, nec diuitis atria Cræſi.

Verùm de ſententiis & earum ornamentis dicere hoc loco non eſt propoſitum.

XLIX.

XLIX.

Traiectionibus confuſis & perplexis, vel in verbis, vel in ſententiis, ad vitandam obſcuritatẽ non eſt vtendũ. Vtriuſque exemplum eſt locus Virg:

—iuuenes fortiſſima fruſtra
Pectora, ſi vobis, audentem extrema, cupido
Certa ſequi: quæ ſit rebus fortuna videtis.
Exceſſère omnes, adytis arisque relictis,
Dij, quibus imperiũ hoc ſteterat: ſuccuritis vrbi
Incenſæ: moriamur, & in media arma ruamus

Ordo enim eſt: Iuuenes fortiſſima pectora, fortuna quæ ſit videtis, ſuccuritis vrbi incẽſæ fruſtrà: omnes Dij quibus ſteterat hoc imperiũ, adytis arisque relictis exceſſère. Si vobis cupido certa ſequi audentem extrema, moriamur, & ruamus in media arma.

L.

Eadem obſcuritas interdũ eſt, non in verborum confuſione, aut perplexitate ſentẽtię: ſed in ſermonis varietate, vt in Dialogiſmis fieri ſolet: qualis ille Horatij ad Mecænatem, qui Poetæ, hoſpitis Calabri, & amici quîcum loquitur, perſona diſtinguendus eſt: tum enim tota ſententia lucem accipit, & eſt facilis atque iucunda. Locus eſt lib. 1. epiſt. 7.

P. Non, quo more piris veſci Calaber iubet hoſpes,
Tu me feciſti locupletem. C. Veſcere ſodes.
A. Iam ſatis eſt. C. at tu, quantum vis, tolle. A. benignè.
C. Non inuiſa feres pueris munuſcula paruis.
A. Tam teneor dono, quàm ſi dimittar onuſtus.
C. Vt libet: hæc porcis hodie comedẽda relinques.
P. Prodigus & ſtultus donat, quæ ſpernit & odit.
Hec ſeges ingratos tulit, & feret omnibus annis.

Talia apud eundem Poëtam multa. Omnis autem obſcuritas,quantum fieri poteſt,fugienda eſt.

L I.

Denique in tota collocatione verborum,& ſententiæ tractatione,cura diligẽtiaque adhibẽda eſt, aureſque cum bonorum poëtarũ lectione aſſidua, tum accurata imitatione & exercitatione aſſuefaciendæ ſunt: vt ſi quid improprium, inuſitatumque,aut ſi quid aſperum, confuſum, languidumque incidat,id ſtatim iudicare ſciant, & repudiare diſcant. Poſſunt enim eadem eſſe verba,ſimiles numeri, pares ſententiæ:tamen ſi quid imumtetur, diuerſus & planè diſpar vt efficiatur ſonus. Virg.

Et vitta comptos voluit prætendere ramos.

Hoc omnem gratiam amiſerit,ſi dicas:

Et ramos voluit comptos prætendere vitta. Ouid.

Regia,crede mihi,res eſt ſuccurrere lapſis.

Quod ſi proferas hoc modo:

Crede mihi,lapſis ſuccurrere,regia res eſt,

minus numeroſum,minuſque elegans carmen eſt. Hæc cùm in emendando præceptoribus occurrãt quotidie, ipſorum induſtriæ, ne longiores exemplis ſimus,relinquendum eſt.

VI. DE EPITHETIS.

L II.

Epitheta non ſolùm ornant atque explicant vulgaria & obſcura, verumetiam diſtinguunt ambigua,& augent minus valentia. In iis autem idem eſt quod in verbis obſeruandũ,vt & rebus,& temporibus, & argumentis rectè atque decorè adhibeantur. Nec qui Elegias ſcribit,aut ludit Epigrammata,ex Poëta Epico aut Dithyrambico venetur epitheta: quorum tamen copiam qui ſtudet colligere,ei hæc capita in promptu habenda ſunt: quæ

ſi

ſi quis cogitatione percurreret, nunquam eorum laborabit inopia.

I. Pars rei: vt, Tergeminus Geryon, mare Carpathium, vētus Boreas. Dextera Achillis, pro Achille. Stertinij acumen, pro Stertinio.
Virtus Scipiadæ, & mitis ſapientia Lælij.

II. Quantitas. Celſus Eryx, profundum æquor, ampla domus. Latè furentes Barcæi.
Exigui numero, ſed bello viuida virtus.

III. Qualitas, quæ multiplex eſt:
1. Animi: vt, Poëta ingenioſus, fortis Diomedes, cultum ingenium, pectus crudele.
2. Corporis: vt, Formoſa Helena, aurea Circe, pede argentea Thetis, crinitus Iopas. Vigor iuuenilis, celeres pedes, validi lacerti.
3. Senſuum, vt Flaua Ceres, raucum murmur, ſæna Mephitis, amaris intyba fibris, mollis lana.
4. Affectionum: vt, Feruida adoleſcentia, præceps ira, cæca auaricia, mors pallida.
5. Formarum: vt, Cœlum rotundum, bimaris Corinthus:
Eſt ſinus adductos modicè falcatus in arcus.
—— Serpens centum porrectus in vlnas.

IIII. Reſpectus rei alterius. vt, Achilles ab auo, Aeacides: à patre, Pelides: à patria, modò Phthius, modò Laryſſæus: à matre, Iouis nepos: à magiſtro, Phillyridæ diſcipulus: à populo, dux Myrmidonū: à victoriis, Hectoris occiſor, Troiæ populator: à cecebritate & fortitudine,
—decus & tutela Pelaſgi Nominis.—
—caput inſuperabile bello,
dici poteſt. Item, hoſpes Lycomedis, amicus Patrocli, amator Briſeidis, ſponſus Polyxenę, æmul⁹ Agaménonis, medic⁹ Telephi: & quæ his ſunt ſimilia.

v. Actio: vt, Troiani belli ſcriptor Homerus, hortator ſcelerum Aeolides, domitor monſtrorũ Hercules. Huc pertinent, calida æſtas, fons perennis, iratum mare, lethiſer arcus.

v i. Paſſio: vt, Laborioſus Vlyſſes, ærumnoſus Hercules:

— Troiæ & patriæ communis Erinnys.

capax ingenium, felix memoria, præclara ſcientia.

v i i. Loci aut notatio: vt, Aëriæ volucres, ſiluicolæ Fauni.

Montium cuſtos nemorumque virgo.

Itur in antiquam ſyluam, ſtabula alta ferarum.

aut poſitus loci: vt, Marſus aper, marmor Pariũ, ſpica Ciliſſa, Ityreus arcus, Rhodopheiꝰ Orpheus. Propert. Blandinæque fluant per mea colla roſæ.

v i i i. Tempus vt, roſa verna, corna autumnalia, priſca fides, dies ſerenus, nox accommoda fraudi, Trieterica Bacchi Orgya.

i x. Habitus: vt, ſquamigerum pecus, ſetigeri ſues, inerme vulgus, nuda veritas. Incomptis Curius capillis, Tectus tunica Mars adamantina. Ocreatus miles.

— triplici circundata muro Mœnia.—

L I I I.

Vna vox exercitationis gratia per ſingula capita ducenda eſt, & poſtea iudicandum, quæ epitheta inſtituto noſtro magis conueniant. Exempli gratia: Aurum.

Pars rei: Auri metallum, auri laminá.

Quantitas: Solidum, graue pondus auri.

Qualitas: Fuluum, ſplendidum,

Flexilis obtorti per collum circulus auri:

fuſile, lentum.

— Sunt auri pondera facti Infectiq; mihi.—

Re-

Reſpectus rei alterius: Purũ, obryzum, precioſum, venale, Daricum, Philippeum.

Actio: Potens, fallax, perfidum.

Paſſio: Subæratum, Toloſanum, Barbaricum. τριβόμενον βασάνῳ.

Auri cæca fames.——

Locus: Stygiis vmbris reconditum. In Albi aut Mulda apud nos inuentum. aut in Tarni fluuio Galliæ, de quo Auſonius: aut Corduba Hiſpaniæ, de quo Silius.

Tempus: Vetus.

Habitus: Auricomus ramus, intextum veſtibus aurum. Cui pharetra ex auro, crines nodātur in aurũ Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

LIIII.

Epithetorum, quod ad vſum attinet, varia vis atque natura eſt: aut enim ſunt

1. Neceſſaria, quæ diſcretionis cauſſa adhibentur. Ouid.

Quid Pandioniæ iam ſunt, niſi nomina, Thebæ? ad differentiam illarum, de quibus Tragicus in Troade: Cecidère Thebæ, vidit Etion capi Sua regna victus. Ouid.

——non audet Oileus Aiax.

Vt alium oſtenderet ab Aiace Telamonio. Tibull.

—— nos ad mala noſtra

Vertimus, in ſæuas quod dedit ille feras.

Sæuas inquit feras, ad diſtinguendum à domeſticis & manſuetis.

2. Perpetua, quæ propria naturæ ſunt: vt, humida nox, placida ouis, dirum bellũ, teneræ puellæ, cana ſenectus, miſeri mortales, vagus Oceanus.

3. Tēporaria, quę aut pro negociorumqualitate acceſſuntur, aut ornatus gratia ponuntur, ſcri-

bentis arbitrio. Ouid.
Attenuant vigiles corpus miſerabile curæ. Virg.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello.
Tibull. Præda feras acies cinxit diſcordibus armis.

4. Argumenti vim habentia, quæ ad fidẽ aut incrementum orationis faciunt. Virg.

—— nec litora longè
Fida reor fraterna Erycis.——

ideo enim fida, quia fraternã. Tibull.
Quem labor aſſiduus vicino terreat hoſte.

Quid enim maiorem terrorem incutit, quàm cura aſſidua, & vicinus hoſtis? Horat.
Mutauit mentem populus leuis.
ideo enim leuis, quia mutabilis.

L V.

Eſt & alia epithetorũ diuiſio, quæ ex ambiguitate eorum oritur, alia enim

1. Communia ſunt, quæ & in genere poſſunt intelligi, & ad certum caſum referri. Vir. 11. Aen.

—— graditur bellum ad crudele Camilla.

Crudele, ſi vniuerſale eſt, ad totam belli calamitatem: ſin ſingulare, ad huius belli exitum, qui Camillæ exitioſus fuit, refertur.

2. Certarum rerum fiunt propria, non ſua natura, ſed caſu: propter perſonas aut res, quib⁹ adiunguntur. Idem 2.

Arma diu ſenior deſueta, trementibus æuo
Circundat nequicquã humeris, & inutile ferrum
Cingitur.——

Ferrum per ſe inutile dici non poteſt, ſed, inutile ſeni erat, qui eo cingebatur. Ouid. in Ariadna:
Crudeles ſomni, quid me tenuiſtis inertem?

Somno tribuit quod ei minimè conuenit, ſed reſpexit ad grauem fortunam ſuam.

5. Dubia, quæ ad varia ſubſtantiua referũtur, propter incertitudinem caſuum. Virg. 6. Aen.

— aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad ventos.—

Aliæ, vel animæ inanes: vel ad uentos inanes.

Horat. 1. Carm.

Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei.

Vtrũ curſus duplicis, an Vlyſſei duplicis? nã & veteres Grammatici vtrumque annotant.

LVI.

Detrahũtur perſonis epitheta, & attribuũtur rebus, iucunda quadam tranſpoſitione. Virg.

Heu fuge crudeles terras, fuge litus auarum.

id eſt, crudelis atque auari regis ditionẽ & hoſpitium. Ouid. — poſtquam crudelibus aris,
Admota eſt, ſenſitque ſibi fera ſacra parari.

id eſt, ars & ſacris tam deorũ quàm hominum crudelium. Tale eſt apud eundem:

Verberibus iuſſas præbuit ipſe manus.

Item apud Virg.

Hæc ait, & ſocij ceſſarunt æquore iuſſo.

LVII.

Permutãtur etiã epitheta, vt ea quæ ſint perſonarũ, tribuãtur perſonarũ affectibus. Virg. 1. Aen.

Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni
Aut metus acer erat.—

id eſt, odium tyranni crudelis. Aut accommodentur locis atque temporibus. Idem 6.

Ibant obſcuri ſola ſub nocte per vmbras.

id eſt, ſoli ibãt ſub obſcura nocte. & 7. —vdæ
Vocis iter, tenuemque incluſit ſanguine vitam.

Cùm dicendum eſſet, Vdum iter vocis.

LVIII.

Venuſta collocatio eſt, ſi à ſubſtantiuis epitheta,

ta,per orationis aliquã partẽ interiectã,ſeparãtur.

Ouid.

Nudaque marmoreis percuſſit pectora palmis.

Iſta collocatio cùm Grãmatica eſt, friget oratio.

Lucan. Amiſſæ leges pereunt diſcrimine nullo.

ideoque aliqua varietate ſemper vtendum, qualis eſt in his exemplis:

Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte.

Fingit equum tenera docilis ceruice magiſter.

L I X.

Poſitus epitheti magnam interdũ ſentẽtiæ vim vel amplificatione vel affectu addit. Vt præpoſita epitheta apud Tibullum:

Ipſe ſeram teneras maturo tempore vites

Ruſticus,& facili grandia poma manu.

augent ſententiam in ſingulis verbis.

Poſtpoſitum apud Virgilium,

Tranſadigit coſtas,& pectora candida rumpit:

pertinet ad mouẽdum πάθος, à qualitate corporis.

L X.

Duo vni ſubſtãtiuo nõ ſunt apponẽda epitheta: quod cùm in decẽ verſibus Virgiliũ feciſſe Seruius annotarit,eos hoc loco ſubiiciam. In Buc.

Lenta quibus torno,facilis ſuperaddita vitis.

4.Georg.Adſint,& tenuis fugiẽs per gramina riu*.

1. Aen.Primaq; libato ſummo tenus attigit ore.

2. —Sigæa igni freta lata relucent.

3. —dum trepidi crudelia limina linquunt

Immemores ſocij.

5. —nec littora longè

Fida reor fraterna Erycis.—

Ibid. —cùm lubricus anguis

Septem ingens gyros,ſeptena volumina verſat.

Ibid

Ibid. Hîc iuuenis, iam victor, cuâs veſtigia preſſo
Haud tenuit titubata ſolo.—
6. —lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris.—
7. —pars arduus altis
Puluerulentus equus furit.—
11. infelix humero cùm apparuit ingens
Baltheus.—

Fecerunt hoc licentiùs vetuſtiſſimi, vt plura etiã vni adiũgerent epitheta. Tale illud Tragici, quod à Cicerone 1 Tuſculana citatur:

Per ſpeluncas ſaxis ſtructas aſperis, pendentibus,
Maximis, vbi rigida conſtat craſſa caligo inferûm.

LXI.

Tria ſunt ſecundũ Ariſtotelé epithetorum vitia, quæ incultum ſermonem faciunt. Prolixa: vt, incuruiceruicũ pecus. Inepta, quæ ſunt abſurda aut tumida: vt, ſenex Reſpublica, Panóphæus tonãs. Nimia, cùm ita denſantur, vt faſtidium pariant: vel cùm duo, vt modò dixi: vel, vt apud Græcos, plura vni adiunguntur nomini ſubſtantiuo.

LXII.

Epithetis vtimur aut gratia

1. Laudãdi: vt, ingenioſus poëta, fortis Achilles.
—optimus armis Aeneas.—
—Conſiliis nec inutilis auctor Creditus.—
2. Vituperandi: Toruus Procruſtes, crudelis Buſyris.
—Scelere ante alios immanior omnes,—
Quos inter medios venit furor.—
3. Amplificandi.
Vigilas ne Deûm gens?
Auguſtus Cæſar, Diui genus.
4. Extenuandi:

Eheu quàm pingui macer eſt mihi taurꝰ in aruo

5. Demonſtrandi: Mycenæus Agamemnon, Trinacria Aetna.

6, Ornandi: Aurea Venus.

—oſtreoque inſignis & auro Stat ſonipes —

Epitheti autẽ nomine cõplectimur nõ modò id quod reuerà appellatur epithetõ: verùm etiã quod quocunque modo adiicitur nomini ſubſtantiuo, ſeu per

1. Agnominationẽ: vt, Amphitryoniades pro Hercule.

2. Circũlocutionẽ: vt, Tirynthiꝰ heros, pro eodẽ.

3. Appoſitionem. vt:

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

4. Imaginem. vt:

— quo non præſtantior alter
Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.

LXIII.

In imitãdis mutãdis ve epithetis acri opus eſt iudicio. Virg.

Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.

Hoc non aſſecutus eſt Silius:

Stat ſonipes, vexatque ferox humentia frena. Virg.
—tauri ſpirantes naribus ignem.

Penè inſolentius dixit Ouidius:

—tauri Vulcanum naribus efflant. Tibull.
Quid fraudare iuuat vitem creſcentibus vuis,
Et modò nata, mala vellere poma manu?

Idem Ouidius imitatus eſt:

Quid plenam fraudas vitem creſcentibus vuis,
Pomaque crudeli vellis acerba manu?

Ex collatione autem facilè intelligit quod melius ſit, qui iudicium affert ad ſcriptorum lectionem.

Vſum

LXIIII.

Vſum epithetorũ mõſtrauit, rectè habitus poëtarũ doctiſſimus Virgilius, in narratione de Hercule, vbi eius cum Caco latrone Italo duellum deſcribit. nam & patrem, & auum, & patriam Herculis, narrando per epitheta oſtendit: quem primùm Amphitryoniadem, mox Alciden, inde Tirynthium nominat. neque enim caſu oblata, ſed iudicio ſelecta hoc modo poſuit. In reliqua autem narratione Alcidæ nomen retinet: quia Alceus ἀπὸ τῆς ἀλκῆς dictus: nullũ enim erat ad pugnam & ad victoriam magis idoneum. Alluſit præterea tectè ad alia virtutis eius cognomenta:

—ſæuis hoſpes Troiane periclis
ſeruati facimus.—

Hercules σωτὴρ cultus fuit à Thaſiis: ἀλεξίκακος ab Epheſiis. Item: —nam maximus vltor
Tergemini nece Geryonis.—

Hercules Vltor cultus à Latinis, παραστάτης ab Olympiis.

· Idem etymologiam nominis veram τῆς τισιφόνης expreſſit epitheto:

—vltrix accincta flagello Tiſiphone.—

& ad non veram alluſit verbo:

—vocat agmina ſæua ſororum.

nõnulli enim Furiarũ φωνὴν dici volũt Tiſiphonẽ. Idem in notãdis perſonis variat epitheta: Troianos in laude Troiugenas & Dardanidas nominat, in infamia Laomedontiades aut Phryges: quod & à Seruio annotatum eſt. Ita cùm canit,

—qui deinde ſecutus Ledeam Hermîonem:—

tacitè ſignificat illã puellam nec à matris Helenæ, nec ab auiæ Ledę moribus fuiſſe alienã. Similiter propter matris probrũ Vlyſſes in vituperio Aeolides à

des à Virgilio, Si ſyphides ab Ouid. appellatur. in vero igitur vſu epithetorum aut hiſtoriam ſpectamus, fidei cauſſa: aut ſignificationẽ vocabulorum exprimimus, docendi gratia: aut cõſulimus officio, ne contra bonos mores aliis exagitandis facere videamur.

LXV.

Ea epitheta quæ tempus ſignificant, aut ponuntur abſolutè pro ipſo tempore. Tibull.

Sic venias hodierne, tibi dum thuris honores
Liba & Mopſopio dulcia melle feram.

aut accommodantur perſonis. Virg.

Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat.

aut applicantur rebus: quod cæteris magis eſt poëticum, Ouid.

Hanc matutinos pectens ancilla capillos
Incitet.—

LXVI.

Epitheton interdum indifferens eſt, & attribui vel antecedenti vel conſequenti poteſt.

Virg. in Buc.

Quamuis multa meis exiret victima ſeptis,
Pinguis & ingratæ premeretur caſeus vrbi.

poteſt dici victima pinguis, & pinguis caſeus.

Idem:

Quàm diues pecoris, niuei quàm lactis abundans

eodem modo hîc, pecoris niuei, & niuei lactis. Ambiguitas autem omnis, niſi apertam habeat intelligentiam, aut certè ex vtraque parte ſententiam non incommodam, ſic in oratione vitanda eſt, vt in nauigatione ſcopulus.

GEORGII FABRICII

ELEGANTIARVM POETICARVM EX OVIDIO, TIBVLLO, PROPER.

LIB. II.

CAP. I. LITTERARVM

Cera Tabella
Charta pro epeſtola
Libellus Littera
Scribere tabellas
Facere litteram
Notare litteram
Ducere litteram digitis
Deducere litteram
Exarare notas
Perarare litteram
Incidere verba ceris
Committere litteris
Committere ceræ
Mandare verba libello
Dare tabellis verba ferenda
Signare tabellas arcanas
Imprimere gemmam
Imprimere annulum
Imprimere ceram
Imponere ceris notam
Mittere litteram
Dare tabellas
Tradere chartam
Tradere verba latentia filo.
Portare tabellas
Ferre tabellas
Perferre tabellas
Reddere epiſtolam
Reddere litteram.
Excipere verba notata
Accipere tabellas
Accipere notas
Recipere epiſtolam
Soluere epiſtolam manu
Charta ſoluta
Labefactare chartam à vinculis
Rumpere litterarum vincula
Demere vincula chartæ.
Legere tabellas
Perlegere litteram
Relegere ſcripta
Illectū ſcriptū remittere
Charta peragit vices linguæ
Dextra cum charta loquitur.
Charta loquitur cum aliquo. Littera it
Littera venit
Venit in manus
Peruenit in manus

Venit nunica
Venit nuncia luctus.
TIB. Facere litteram
Litteris mandare
Tabellas portare.
PROP. Signare litteras.

II.
CARMEN SCRIBERE.

Ludere, dicimus in leuibus argumentis: vt lyricis, elegiacis, epigrammatis.

Ludere carmen
Ludere ignes, amores ſcribere
Ludere numeris
Dicere, in grauibus: vt in Heroico
Dicere Gigantes
Dicere Romana prœlia.

Condere, idem
Condere acta Cæſaris
Canere, commune verbũ omnium poëtarum.

Facere, ſcribẽdo inducere
Facere carmina
Facere verſus
Componere carmina
Componere amores.

Ducere carmina, cũ difficultate aut moleſtia
Deducere carmina
Ducere verſus
Deducere verſus
Struere verſus
Stuere verba modis
Facere carmina modis imparibus
Claudere verba modis imparibus
Condere diſparibus numeris
Nectere verba numeris
Coercere verba numeris
Cogere verba in pedes
Conferre verba in verſus
Iungere carmina neruis.

Colere ſacra Muſarum
Non ſubmouere vndis poeticis
Miniſtrare Caſtalias aquas
Deducere Muſas aliquò
Tendere aliquò via Pieria
Dictare carmina
Carmẽ creſcens & rude.

TIB. Canere pede vincto
Componere verſus.
PROP. Canere Veneres

Ca-

Canere tumultus
Canere præcepta
Dicere graue carmen
Dicere caſtra
Dicere arma
Memorare ad prœlia turmas.

Facere carmen
Facere verſus
Includere verſus
Componere verſus mol les
Deducere carmina.

III.

REDIRE CVM LITTERIS IN GRATIAM.

Reuertere ad Muſas
Ad numeros reuertere
Redire in artes
Retentare ſtudia.

IIII.

DOCERE ARTES.

Erudire artes
Erudire in artes
Inſtruere arte
Arte animos feros contundere
Tradere artes
Dare artes.

Diſcere artes
Artes ediſcere

Colere artes
Colere pectus per artes
Vacare artibus
Complecti artes
Tractare artem

Exercere artem
Eſſe in ſtudiis
Dare tempora ſtudiis
Ponere in ſtudiis tẽpora
Ponere tempus in arte
Demittere animũ in artem.
Arte quærere fauorem
Arte quærere gloriam.
Prudens artis
Inſignis ab arte
Rudis ad artem
TIB. Tractare artes
Colere Muſas
PROP. In arte diem conſumere,

V.

CELEBRARI.

Cani orbe
Cani in orbe
Cani per orbem
Cantari in orbe
Nomen cani in orbe
Cantari nomen in orbe
Ferre nomen ab orbe
Ferre nomẽ à poſteritate

VI.

ANIMVM ATTENDERE.

DERE.

Animos adhibere
Mentes aduertere
Animos monitis aduertere
Dictis adiicere mentem
Pectore adeſſe.

VII.

ANIMO REPVTARE.

Exigere, animo reuoluere cum tacita quadam cura. 15. Metã. Dum talia ſecum Exigit Hippomenes.

Requirere ſecum
Repetere ſecum
Referre ſecum
Referre mente
Reuoluere ſecum
Retractare ſecum.
Agitare mente.

VIII.

ANIMO TENERE.

Notare mente dicta
Notare dicta pectore memori
Notare verba animo memori
Iuſſa notare animo memori
Habere pectore memori
Pectore memori ſignatum habere
Percipere voces mente
Tenere pectore
Tenere mente.

Hærere pectoribus dicuntur, quæ animis tenentur infixa.

Inhærere pectoribus
Animo alicuius adeſſe
Animo ſedere
Defluere ex animo
Excidere alicui.

IX.

AVDIRE.

Haurire auribus
Accipere auribus
Percipere aure
Recipere aure.

Per aures captare
Condere aure.
Audire voces
Exaudire voces
Accipere voces.

Captare ſermonem
Voces auribus captare
Aures afferre verbis
Præbere aures dictis
Præbere vocibus alterius aurem

Aduer-

Aduertere ad vocem aures
Intendere aures ad verba
Accommodare aures.
PROP. Bibere auribus, auidè auſcultare
Aurem præbere
Aduertere aures.

x

LOQVI.

Verba facere
Verba facere pro aliquo
Verba in ſenatu facere
Verba ferre pro aliquo
Dare verba, id ſignificat primùm, quod verba ſonant: vt 2. lib. de Arte: Cum dare non poſſem munera, verba dedi. Deinde latendo fallere, vt in Paride: Nec tibi verba damus, ſentis mea vulnera. Poſtremò, loqui: vt in Faſt. Talia non tacito verba dolore dedit.

Dare dicta in aliquem
Sonos in aliquem dare
Dare ore carmina, vaticinari
Reddere verba
Ferre vrrba
Edere ore
Edere verba
Edere vocem
Edere ſonos ore tremẽte
Peragere ſonos
Iácere verba, temerè loqui
Iactare verba
Loqui verba
Loqui dictis
Dicere verba
Vti verbis
Fundere verba.

Rumpere ſilentia, interdum loqui ſignificat, interdum tacere.
Soluere ora
Reſoluere ora
Reſoluere fauces
Verba concipere
Emittere vocem
Implere dictis
Implere aures ſermonib.
Implere ſermonib. diem.

Trahere ſermone noctẽ
Fallere ſermonibꝰ horas
Fallere laborẽ ſermone
Cognoſcere vice ſermonis
Committere ſermonem
Deficit ſermoni dies
Dies ſermone minor

v. Actio:vt,Troiani belli ſcriptor Homerus,hortator ſcelerum Aeolides,domitor monſtrorũ Hercules.Huc pertinent, calida æſtas, fons perennis, iratum mare,lethifer arcus.

vi. Paſſio : vt, Laborioſus Vlyſſes, ærumnoſus Hercules:

— Troiæ & patriæ communis Erinnys.

capax ingenium,felix memoria, præclara ſcientia.

vii. Loci aut notatio: vt, Aeriæ volucres,ſiluicolæ Fauni.

Montium cuſtos nemorumque virgo.

Itur in antiquam ſyluam,ſtabula alta ferarum.

aut poſitus loci:vt, Marſus aper, marmor Pariũ, ſpica Ciliſſa, Ityreus arcus, Rhodopheiꝰ Orpheus. Propert. Blandinæque fluant per mea colla roſæ.

viii. Tempus vt,roſa verna, corna autumnalia, priſca fides, dies ſerenus, nox accommoda fraudi, Trieterica Bacchi Orgya.

ix.Habitus:vt,ſquamigerum pecus,ſetigeri ſues, inerme vulgus,nuda veritas.Incomptis Curius capillis, Tectus tunica Mars adamantina. Ocreatus miles.

— triplici circundata muro Mœnia.—

LIII.

Vna vox exercitationis gratia per ſingula capita ducenda eſt, & poſtea iudicandum, quæ epitheta inſtituto noſtro magis conueniant. Exempli gratia:Aurum.

Pars rei: Auri metallum,auri lamina.

Quantitas:Solidum,graue pondus auri.

Qualitas: Fuluum, ſplendidum,

Flexilis obtorti per collum circulus auri: fuſile,lentum.

— Sunt auri pondera facti Infectiq; mihi.—

Re-

Reſpectus rei alterius: Purũ, obryzum, precioſum, venale, Daricum, Philippeum.

Actio: Potens, fallax, perfidum.

Paſſio: Subæratum, Toloſanum, Barbaricum. τριβόμενον βασάνῳ.

Auri cæca fames.——

Locus: Stygiis vmbris reconditum. In Albi aut Mulda apud nos inuentum. aut in Tarni fluuio Galliæ, de quo Auſonius: aut Corduba Hiſpaniæ, de quo Silius.

Tempus: Vetus.

Habitus: Auricomus ramus, intextum veſtibus aurum. Cui pharetra ex auro, crines nodãtur in aurũ Aurea purpuream ſubnectit fibula veſtem.

LIIII.

Epithetorum, quod ad vſum attinet, varia vis atque natura eſt: aut enim ſunt

1. Neceſſãria, quæ diſcretionis cauſſa adhibentur. Ouid.

Quid Pandioniæ iam ſunt, niſi nomina, Thebæ?

ad differentiam illarum, de quibus Tragicus in Troade: Cecidère Thebæ, vidit Etion capi

Sua regna victus. Ouid.

——non audet Oileus Aiax.

Vt alium oſtenderet ab Aiace Telamonio. Tibull.

—— nos ad mala noſtra

Vertimus, in ſæuas quod dedit ille feras.

Sæuas inquit feras, ad diſtinguendum à domeſticie & manſuetis.

2. Perpetua, quæ propria naturæ ſunt: vt, humida nox, placida ouis, dirum bellũ, teneræ puellæ, cana ſenectus, miſeri mortales, vagus Oceanus.

3. Tẽporaria, quę aut pro negociorumqualitate accerſuntur, aut ornatus gratia ponuntur, ſcri-

bentis arbitrio. Ouid.

Attenuant vigiles corpus miſerabile curæ. Virg.

Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello.

Tibull. Præda feras acies cinxit diſcordibus armis.

4. Argumenti vim habentia, quæ ad fidẽ aut incrementum orationis faciunt. Virg.

—— nec litora longè

Fida reor fraterna Erycis.——

ideo enim fida, quia fraternã. Tibull.

Quem labor aſſiduus vicino terreat hoſte.

Quid enim maiorem terrorem incutit, quàm cura aſſidua, & vicinus hoſtis? Horat.

Mutauit mentem populus leuis.

ideo enim leuis, quia mutabilis.

LV.

Eſt & alia epithetorũ diuiſio, quæ ex ambiguitate eorum oritur, alia enim

1. Communia ſunt, quæ & in genere poſſunt intelligi, & ad certum caſum referri. Vir. 11. Aen.

—— graditur bellum ad crudele Camilla.

Crudele, ſi vniuerſale eſt, ad totam belli calamitatem: ſin ſingulare, ad huius belli exitum, qui Camillæ exitioſus fuit, refertur.

2. Certarum rerum fiunt propria, non ſua natura, ſed caſu: propter perſonas aut res, quib9 adiunguntur. Idem 2.

Arma diu ſenior deſueta, trementibus æuo

Circundat nequicquã humeris, & inutile ferrum

Cingitur.——

Ferrum per ſe inutile dici non poteſt, ſed, inutile ſeni erat, qui eo cingebatur. Ouid. in Ariadna:

Crudeles ſomni, quid me tenuiſtis inertem?

Somno tribuit quod ei minimè conuenit, ſed reſpexit ad grauem fortunam ſuam.

3. Dubia, quæ ad varia ſubſtantiua referũtur, propter incertitudinem caſuum. Virg. 6. Aen.

—— aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad ventos.——

Aliæ, vel animæ inanes: vel ad uentos inanes.

Horat. 1. Carm.

Nec curſus duplicis per mare Vlyſſei.

Vtrũ curſus duplicis, an Vlyſſei duplicis? nã & veteres Grammatici vtrunque annotant.

L V I.

Detrahũtur perſonis epitheta, & attribuũtur rebus, iucunda quadam tranſpoſitione. Virg.

Heu fuge crudeles terras, fuge litus auarum.

id eſt, crudelis atque auari regis ditionẽ & hoſpitium. Ouid. —— poſtquam crudelibus aris,
Admota eſt, ſenſitque ſibi fera ſacra parari.

id eſt, ars & ſacris tam deorũ quàm hominum crudelium. Tale eſt apud eundem:

Verberibus iuſſàs præbuit ipſe manus.

Item apud Virg.

Hæc ait, & ſocij ceſſarunt æquore iuſſo.

L V I I.

Permutãtur etiã epitheta, vt ea quæ ſint perſonarũ, tribuãtur perſonarũ affectibus. Virg. 1. Aen.

Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni
Aut metus acer erat.——

id eſt, odium tyranni crudelis. Aut accommodentur locis atque temporibus. Idem 6.

Ibant obſcuri ſola ſub nocte per vmbras.

id eſt, ſoli ibãt ſub obſcura nocte. & 7. ——vdæ
Vocis iter, tenuemque incluſit ſanguine vitam.

Cùm dicendum eſſet, Vdum iter vocis.

L V I I I.

Venuſta collocatio eſt, ſi à ſubſtantiuis epithe-

Ibid. Hîc iuuenis, iam victor, cuãs veſtigia preſſo
Haud tenuit titubata ſolo.——
6. ——lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris.——
7. ——pars arduus altis
Puluerulentus equus furit.——
12. infelix humero cùm apparuit ingens
Baltheus.——

Fecerunt hoc licentiùs vetuſtiſſimi, vt plura etiã vni adiũgerent epitheta. Tale illud Tragici, quod à Cicerone 1 Tuſculana citatur:

Per ſpeluncas ſaxis ſtructas aſperis, pendentibus,
Maximis, vbi rigida conſtat craſſa caligo inferũm.

LXI.

Tria ſunt ſecundũ Ariſtotelẽ epithetorum vitia, quæ incultum ſermonem faciunt. Prolixa: vt, incuruiceruicũ pecus. Inepta, quæ ſunt abſurda aut tumida: vt, ſenex Reſpublica, Panóphæus tonãs. Nimia, cùm ita denſantur, vt faſtidium pariant: vel cùm duo, vt modò dixi: vel, vt apud Græcos, plura vni adiungunrur nomini ſubſtantiuo.

LXII.

Epithetis vtimur aut gratia

1. Laudãdi: vt, ingenioſus poëta, fortis Achilles.
——optimus armis Aeneas.——
——Conſiliis nec inutilis auctor Creditus.——
2. Vituperandi: Toruus Procruſtes, crudelis Buſyris.
—— Scelere ante alios immanior omnes,——
Quos inter medios venit furor.——
3. Amplificandi.
Vigilas ne Deûm gens?
Auguſtus Cæſar, Diui genus.
4. Extenuandi:

LXIIII.

Vſum epithetorũ mõſtrauit, rectè habitus poëtarũ doctiſſimus Virgilius, in narratione de Hercule, vbi eius cum Caco latrone Italo duellum deſcribit. nam & patrem, & auum, & patriam Herculis, narrando per epitheta oſtendit: quem primùm Amphitryoniadem, mox Alciden, inde Tirynthium nominat. neque enim caſu oblata, ſed iudicio ſelecta hoc modo poſuit. In reliqua autem narratione Alcidæ nomen retinet: quia Alceus ἀπὸ τῆς ἀλκῆς dictus: nullũ enim erat ad pugnam & ad victoriam magis idoneum. Alluſit prætereà rectè ad alia virtutis eius cognomenta:

—ſæuis hoſpes Troiane periclis
ſeruati facimus.—

Hercules σωτὴρ cultus fuit à Thaſiis: ἀλεξίκακος ab Epheſiis. Item: —nam maximus vltor
Tergemini nece Geryonis.—

Hercules Vltor cultus à Latinis, παραστάτης ab Olympiis.

· Idem etymologiam nominis veram τῆς τισιφόνης expreſſit epitheto:

—vltrix accincta flagello Tiſiphone.—

& ad non veram alluſit verbo:

—vocat agmina ſæua ſororum.

nõnulli enim Furiarũ φωνὴν dici volũt Tiſiphonē. Idem in notãdis perſonis variat epitheta: Troianos in laude Troiugenas & Dardanidas nominat, in infamia Laomedontiades aut Phryges: quod & à Seruio annotatum eſt. Ita cùm canit,

—qui deinde ſecutus Ledeam Hermîonem:—

tacitè ſignificat illã puellam nec à matris Helenæ, nec ab auiæ Ledę moribus fuiſſe alienã. Similiter propter matris probrũ Vlyſſes in vituperio Aeolides à

des à Virgilio, Si ſyphides ab Ouid. appellatur. in vero igitur vſu epithetorum aut hiſtoriam ſpectamus, fidei cauſſa: aut ſignificationẽ vocabulorum exprimimus, docendi gratia: aut cõſulimus officio, ne contra bonos mores aliis exagitandis facere videamur.

LXV.

Ea epitheta quæ tempus ſignificant, aut ponuntur abſolutè pro ipſo tempore. Tibull.

Sic venias hodierne, tibi dum thuris honores
 Liba & Mopſopio dulcia melle feram.

aut accommodantur perſonis. Virg.

Nec minus Aeneas ſe matutinus agebat.

aut applicantur rebus: quod cæteris magis eſt poëticum, Ouid.

Hanc matutinos pectens ancilla capillos
Incitet.—

LXVI.

Epitheton interdum indifferens eſt, & attribui vel antecedenti vel conſequenti poteſt.

Virg. in Buc.

Quamuis multa meis exiret victima ſeptis,
Pinguis & ingratæ premeretur caſeus vrbi.

poteſt dici victima pinguis, & pinguis caſeus.

Idem:

Quàm diues pecoris, niuei quàm lactis abundans

eodem modo hîc, pecoris niuei, & niuei lactis. Ambiguitas autem omnis, niſi apertam habeat intelligentiam, aut certè ex vtraque parte ſententiam non incommodam, ſic in oratione vitanda eſt, vt in nauigatione ſcopulus.

GEORGII FABRICII

ELEGANTIARVM POETICARVM EX OVIDIO, TIBVLLO, PROPER.

LIB. II.

CAP. I. LITTERARVM

Cera Tabella
Charta pro epiſtola
Libellus Littera
Scribere tabellas
Facere litteram
Notare litteram
Ducere litteram digitis
Deducere litteram
Exarare notas
Perarare litteram
Incidere verba ceris
Committere litteris
Committere ceræ
Mandare verba libello
Dare tabellis verba ferenda
Signare tabellas arcanas
Imprimere gemmam
Imprimere annulum
Imprimere ceram
Imponere ceris notam
Mittere litteram
Dare tabellas
Tradere chartam
Tradere verba latentia filo.
Portare tabellas
Ferre tabellas
Perferre tabellas
Reddere epiſtolam
Reddere litteram.
Excipere verba notata
Accipere tabellas
Accipere notas
Recipere epiſtolam
Soluere epiſtolam manu
Charta ſoluta
Labefactare chartam à vinculis
Rumpere litterarum vincula
Demere vincula chartæ.
Legere tabellas
Perlegere litteram
Relegere ſcripta
Illectũ ſcriptũ remittere
Charta peragit vices linguæ
Dextra cum charta loquitur.
Charta loquitur cum aliquo. Littera it
Littera venit
Venit in manus
Peruenit in manus

Venit nunica
Venit nuncia luctus.
TIB. Facere litteram
Litteris mandare
Tabellas portare.
PROP. Signare litteras.

II.
CARMEN SCRIBERE.

Ludere, dicimus in leuibus argumentis: vt lyricis, elegiacis, epigrammatis.

Ludere carmen
Ludere ignes, amores ſcribere
Ludere numeris
Dicere, in grauibus: vt in Heroico
Dicere Gigantes
Dicere Romana prœlia.

Condere, idem
Condere acta Cæſaris
Canere, commune verbũ omnium poëtarum.

Facere, ſcribẽdo inducere
Facere carmina
Facere verſus
Componere carmina
Componere amores.
Ducere carmina, cũ difficultate aut moleſtia
Deducere carmina
Ducere verſus
Deducere verſus
Struere verſus
Stuere verba modis
Facere carmina modis imparibus
Claudere verba modis imparibus
Condere diſparibus numeris
Nectere verba numeris
Coercere verba numeris
Cogere verba in pedes
Conferre verba in verſus
Iungere carmina neruis.

Colere ſacra Muſarum
Non ſubmouere vndis poeticis
Miniſtrare Caſtalias aquas
Deducere Muſas aliquò
Tendere aliquò via Pieria
Dictare carmina
Carmẽ creſcens & rude.

TIB. Canere pede vincto
Componere verſus.
PROP. Canere Veneres

Ca-

Canere tumultus
Canere præcepta
Dicere graue carmen
Dicere caſtra
Dicere arma
Memorare ad prœlia turmas.

Facere carmen
Facere verſus
Includere verſus
Componere verſus molles
Deducere carmina.

III.

REDIRE CVM LITTERIS IN GRATIAM.

Reuertere ad Muſas
Ad numeros reuertere
Redire in artes
Retentare ſtudia.

IIII.

DOCERE ARTES.

Erudire artes
Erudire in artes
Inſtruere arte
Arte animos feros contundere
Tradere artes
Dare artes.

Diſcere artes
Artes ediſcere

Colere artes
Colere pectus per artes
Vacare artibus
Complecti artes
Tractare artem

Exercere artem
Eſſe in ſtudiis
Dare tempora ſtudiis
Ponere in ſtudiis tẽpora
Ponere tempus in arte
Demittere animũ in artem.
Arte quærere fauorem
Arte quærere gloriam.
Prudens artis
Inſignis ab arte
Rudis ad artem
TIB. Tractare artes
Colere Muſas
PROP. In arte diem conſumere,

V.

CELEBRARI.

Cani orbe
Cani in orbe
Cani per orbem
Cantari in orbe
Nomen cani in orbe
Cantari nomen in orbe
Ferre nomen ab orbe
Ferre nomẽ à poſteritate

VI.

ANIMVM ATTEN-

E DE-

DERE.

Animos adhibere
Mentes aduertere
Animos monitis aduertere
Dictis adiicere mentem
Pectore adeſſe.

VII.

ANIMO REPVTARE.

Exigere, animo reuoluere cum tacita quadam cura. 19. Metã. Dum talia ſecum Exigit Hippomenes.

Requirere ſecum
Repetere ſecum
Referre ſecum
Referre mente
Reuoluere ſecum
Retractare ſecum.
Agitare mente.

VIII.

ANIMO TENERE.

Notare mente dicta
Notare dicta pectore memori
Notare verba animo memori
Iuſſa notare animo memori
Habere pectore memori
Pectore memori ſignatum habere
Percipere voces mente
Tenere pectore
Tenere mente.

Hærere pectoribus dicuntur, quæ animis tenentur infixa.

Inhærere pectoribus
Animo alicuius adeſſe
Animo ſedere
Defluere ex animo
Excidere alicui.

IX.

AVDIRE.

Haurire auribus
Accipere auribus
Percipere aure
Recipere aure.

Per aures captare
Condere aure.
Audire voces.
Exaudire voces
Accipere voces.

Captare ſermonem
Voces auribus captare
Aures afferre verbis
Præbere aures dictis
Præbere vocibus alterius aurem

Aduer-

Aduertere ad vocem aures
Intendere aures ad verba
Accommodare aures.
PROP. Bibere auribus, auidè auſcultàre
Aurem præbere
Aduertere aures.

X

LOQVI.

Verba facere
Verba facere pro aliquo
Verba in ſenatu facere
Verba ferre pro aliquo
TIB. Fingere comas
Diſponere capillos
Diſponere crines
Comere caput
Ornare comas
Colere capillos
Colere comas
Impedire crines.
PROP. Componere crines
Ornare capillos
Formare capillos.

CVI.

CAPILLOS NEGLIGERE.

Inornati capilli pendent
Neglectæ comæ iacent
Fuſi capilli
Effuſi capilli
Diffuſi capilli
Inculti capilli
Promiſſi capilli
Demiſſi capilli
Immiſſi capilli

Diſiecti capilli
Sparſi ſine lege capilli
Poſiti ſine lege capilli
Collecti in nodum.
TIB. Soluere crines
Diſſoluere comas
Reſoluere comas
Fundere capillos
Effundere capillos
Capilli horrent
Capillos incompta
Inornatum caput.
PROP. Crines ſoluere
Soluere in colla crines
Spargere capillos
Effundere comas.

CVII.

DIEM FESTVM AGERE.

Parare feſtum
Parare feſtum ſolenne
Conuocare ad feſtum
Agere feſtum genialiter
Agere feſtum diem
Agere feſtum tempus
Celebrare feſtum
Feſtũ annuũ celebrare
Celebrare feſtum canendo
Colere feſtum.
TIB. Agere natalem
Habere diẽ inter feſtos.
PROP. Peragere natalem.

CVIII.

SPONDERE.

Spondere fidem
Date fidem
Promittere fidem
Vincire fidem.

Addere fidem rebus probatis
Dictis pollicitam fidem addere
Soluere fidem
Præſtare fidem
Colere fidem
Exhibere fidem
Párere fidem
Efficere fidem.

Fallere fidem
Temerare fidem
Violare fidem
Præterire fidem
Fide orbus.

Fides ſequitur
Fides accedit
Fides adeſt
Venit prona fides
Venit tarda fides
Salua fide.
Res fidem habet
Eſt fides
Ineſt fides
Fides ſtat

Ponere ad deos munera
Ponere ad lares munera
Referre ad deos munera
Ferre diis munera
Ferre dona ſolennia
Ferre dona templis
Facere altaria pinguia thure
Ferre thura altaribus
Ferre thura flammis
Ferre thura diis
Ferre thuris honorem
Libare thura
Fungi munere ad aras.

Frequentare ſacra
Accedere ſacris
Venire ad ſacra
Adire ſacra
Ferri ad ſacra.

Natus ad ſacra
Electus ad ſacra
Paratus ad ſacra
Socius ac comes ſacrorũ.
TIB. Celebrare ſacra
Dare thura
Dare thuris honores.
PROP. Facere ſacra.

CXI.

DEO FAVENTE.

Diis ſecundis
Hortante Deo
Marte fauente
Cœlitibus æquis.

CXII.

DEO IRATO.

Aduerſo Deo
Aduerſante Deo
Offenſo Deo.
PROP. Iniquis diis
Aduerſo Deo
Vetante Deo
Non comitante Deo.

CXIII.

CANERE.

Canere carmen
Cantare carmẽ ad fores
Modulari carmen arundine.
Modulari voce carmina.
Carmen ore mouere
Canere laudes carmine
Celebrare carmine puellas.

Delinire carmine
Mulcere carmine
Mulcere carmine arundineo
Carmina effundere tibia
TIB. Cantare verba ruſtica
Modulari carmen auena
Sonare carmen gutture.
PROP. Canere cantus.

CXIIII.

CITHARA CANERE.

Mouere citharam
Mouere fila
Mouere lyram
Mouere fila lyræ
Mouere ad citharã ora
Plectra mouere
Leram increpare
Parcutere lyram
Pulſare lyram
Ferire lyra
Referre lyra
Detinere lyra
Capere lyra
Tractare fila lyræ.
Tentare chordas pollice
Prætentare pollice chordas
Icere pollice ſonos
Percurrerepollice chordas
Tangere chordas
Sollicitare pollice.

Neruos pulſare
Percutere carmina neruis
Temperare neruis citharam
Sociare neruis carmina
Mouere neruos ad verba
Canere ad modos
Canere alterno pectine.
TIB. Impellere chordas pollice
Tendere brachia fide
Gaudere cithara.
PROP. Percutere lyram
Aptare neruis carmina
Tẽtare carmina plectro.

CXV.

PVLSARE TYMPANA.

Tundere tympana
Pulſare tympana
Mouere tympana
Quatere tympana manu
Impellere tympana palmis
Tympana obſtrepunt.

CXVI.

SALTARE.

Ducere choreas
Ducere choros
Ducere choreas ad numerum
Mouere pedem
Pulſare humum pede
Ludere in chori ſpeciẽ.
TIB. Ducere choros
Mouere ad modos mẽb.
PROP. Agere choros
Manus implicare choris
Deſtituere choros.

CXVII.

SPECTACVLA

EX-

EXHIBERE.
Facere ludos
Inſtituere ludos victores
Celebrare ludos
Ludis celebrare natalē.
TIB. Cōcelebrare ludos
Dare ſpectacula.

CXVIII.
LAVARE.
Corpora lymphis tinge
Perlui lymphis (re
Lymphis abluere
Mergere corpus aqua
Tangere corpus aqua
Perfundi calidis imbrib.
Artus liquido rore perfundere
Sumere aquam.
TIB. Liquore perfundere.

CXIX.
INDVERE VESTES.
Velamina,pro veſtibus, poeticè.
Induere velamina
Sumere veſtem
Inſignire amictu
Circundare amictu corpus
Veſte corpus tegere
Induere cultib.aliquem.
PROP. Induere veſtem
Iniicere amictum.

CXX.
EXVERE VESTES.
Ponere velamina de corpore
Veſtem ponere
Deponere veſtes
Ponere tunicam
Leuare corpora veſte
Demere amictus
Velatus tunica recincta
Velatus ſoluta tunica.

Deducere veſtem
Diducere veſtem
Reiicere veſtem ex humeris
Deripere ex humeris veſtem
Iactare veſtem procul.
PROP. Ponere tunicā
Reiicere amictum
Eripere amictum

CXXI.
DORMIRE.
Iacēre,pro dormire
Quieſcere,pro dormire: conſequens pro antecedente
Somno quieſcere
Carpere quietem
Capere quietem
Capere ſomnos
Capere munera ſomni

Videre ſomnum
Frui ſomno.

Trahere ſomnos
Continuare ſomnos
Peragere ſomno noctem
Somno iacêre compoſitum.
Somno iacêre grauem.
TIB. Requieſcere lecto.
PROP. Trahere quietem
Sperare quietem.

CXXII.

CVBITVM DISCEDERE.

Petere ſomnum
Aucupari ſomnos
Dare ſomno lumina
Dare ſomno corpora
Dare horas ſomno
Dare colla puluino ferenda
Procumbere in thoro.
TIB. Somnum petere
Sequi ſomnos.
PROP. Permittere ſe ſomno
Somnum experiri.

CXXIII.

SOPIRI.

Succumbere ſomno
Solui quiete
Sopore ſolui
Languore ſolui
Reſolui quiete
Reſolui ſomno
Vinci ſomno
Vinci ſopore.

Premi ſoporis grauitate
Adopertus ſomno lumina
Fuſus thoro
Plenus ſoporis
Somno ſolutus
Somno ſepultus.

Eſt ſopor in aliquo
Somnus adeſt
Somnus labitur in artus
Somnus venit ad partes
Somnus venit in oculos
Quies ſubrepit
Somnus excipit
Sopor ſubit
Redit ſomnus
Alit ſomnus
Habet ſomnus
Tenet ſomnus
Mulcet ſomnus
Mouet caput, cùm nictamus.

Abit ſomnus
Fugit ſomnus
Diſcedit ſomnus
Deſtituit ſomnus.

TIB.

TIB. ſomnus ſopit
Venit ſomnus
Somnus occupat
Velat amictu ſomnus
Premit lumina quies
Defluit ſomnus.
PROP. Sōno demiſſus
Somnus impulit
Somnus declinat oculos
Somnus premit oculos.

CXXIIII.

SOMNVM INDVCERE.

Facere ſomnos
Ducere ſomnos
Dare ſomnos
In ſomnos reſoluere
Soporem mouere
Firmare ſoporem
Premere lumina nocte
Somno ſopire
Allicere ſomnos
Inuitare ſomnos.
TIB. Ducere ſoporem
Părere ſomnum alicui.
PROP. Vincere ſopore
Accerſere ſomnum.

CXXV.

FVGARE SOMNOS.

Arcere ſomnos
Abducere ſomnos
Rumpere ſomnos
Abrumpere ſomnos
Expellere ſomnos
Expellere quietem
Soluere ſoporem clamore
Remouere ſoporem
Excutere ſomnum
Excutere quietem terrore
Somno fraudare.
TIB. Fugare ſomnos.
PROP. Diſcutere ſomnos
Adimere ſomnos
Turbare quietem
Patefacere oculos alterius.

CXXVI.

ORIENTIS SIDERIS.

Sidus oritur
Canis exoritur
Canis exit
Sidus naſcitur.
Sidus ſurgit
Promit ſua ſidera Chiroa.

Tollit ora
Exſerit ora
Tollit lacertos
Exſerit pedes.

Adſpicies coronam
Delphina videbis
Scorpius videndus erit

Stella videnda venit
Stella ſtabit videnda.

CXXVII.

OCCIDENTIS SIDERIS.

Sidus mergitur
Sidus conditur
Sidus labitur
Sidus cadit
Tingitur oceano
Subit aquas
Præcipitatur in aquas
Fugit viſus
Effugit viſus
Aùfertur ex oculis
Sidus non fulget
Sidus remouetur.

CXXVIII.

IRE.

Fungi pedum officio
Carpere vias
Iter carpere
Terere viam
Ire viam
Terere pedibus
Signare pedibus
Inire pedibus locum aliquem
Mouere pedem aliquò.

Dare viam
Sequi viam
Sequi iter
Emetiri iter
Peragere iter
Peragere curſus
Dimittere iter.

Sequi terra
Gradus comitari
Gradu tangere.
TIB. Terere viam pede.
PROP. Ire vias
Inire vias
Facere iter
Verſare iter
Terere iter
Viam terere
Conterere viam
Mouere pedes
Sulcate pedibus pruinas.

CXXIX.

IRE PASSV TREMVLO.

Tremuli gradus
Ferre membra gradu tremulo
Suſtinere artus baculo
Leuare baculis membra
Inniti baculo.

CXXX.

SEQVI VESTIGIA.

Legere veſtigia
Sequi veſtigia
Sequi pedum ſigna
Nanciſci veſtigia
Nanciſci ſigna pedum

Quærere veſtigia
Seruare veſtigia
Flectere veſtigia
Stringere veſtigia
Ferre veſtigia
Ponere veſtigia.
Veſtigia inſunt
Superſunt veſtigia.
TIB. Mouere veſtigia.

CXXXI.

MORAM AFFERRE.

Facere eunti moras
Iungere moram
Addere moram
Iter retardare
Rumpere iter
Continere iter
Fingere moram
Moræ cauſas afferre.

Pelle moras
Tolle moras
Rumpe moras
Mora abeſto.

Eſt mora
Longa mora eſt
Nulla mora eſt
Nulla moræ cauſſa eſt
Nec mora
Parua mora eſt
Quàm minima mora
Poſt minimum moræ.

TIB. Detinere mora
Quærere moras

CXXXII.

RESISTERE.

Siſtere gradum
Siſtere pedem
Suſtinere gradum.

Diſcedere verſo gradu
Retro ferre paſſus.

CXXXIII.

PROPERARE.

Præcipitare viam
Vrgere iter
Euolare per viam
Traiicere membra
Ferri curſu
Cogere pedes currere.

CXXXIIII.

FVGERE.

Dare verſa terga
Dare terga fugæ
Dare terga in fugam
Dare lintea fugæ
Præbere terga fugæ
Vertere terga
Conuertere terga.

Fugam capere
Petere fugam
Concipere fugas
Fugæ mandare
Fuga ſalutem quærere
Pedibus ſalutem petere

Proripere pedes
Referre pedem
Retrò ferre pedem
Gradus referre.

Quærere fugam
Præcipere fugam
Moliri fugam
Tentare fugam
Parare fugam
Tenere fugam
Deſtituere fugam.

Claudere fugam
Inhibere fugam.
PROP. Dare terga
Linquere fuga.

CXXXV.

INCEDERE.

Ferre greſſus
Ferre iter in arua
Ferre gradus
Ferre gradu corpus
Ferre pedem
Ferre paſſus
Ingredi iter.
TIB. Parare viam
Ponere pedes
Ferre pedes
Referre pedes.

CXXXVI.

INGREDI DOMVM.

Intrare domum
Intrare ædes
Intrare limen
Intrare tecta
Intrare penates.

Inire domos
Inire penates
Inire penetralia
Subire domum
Subire caſam
Subire tecta
Subire penates.

Ingredi domum
Ingredi tecta
Tangere domum
Tangere penates
Contingere domum
Contingere arua
Succedere tectis
Adire limen.
PROP. Inferre pedes limine

CXXXVII.

EGREDI DOMO.

Ferre pedes extra limina
Exire fores
Exire domo
Exire tecto
Exire limine tecti
Exire laribus
Egredi domo
Egredi tectis

Egre.

Egredi foribus.
TIB. Prodire è domo.

CXXXVIII.
HOSPITIO VTI.

Vti alicuius domo
Vti hoſpitio.

Hoſpitem admittere
Hoſpitio confidere
Hoſpitium ſeruare.

CXXXIX.
HOSPITIVM PRAEBERE.

Habere hoſpitio locum
Excipere
Excipere hoſpitio
Excipere domo
Recipere hoſpitio
Recipere domo
Recipere tecto
Recipere communi lare
Accipere hoſpitio
Dare hoſpitium
Non habere fores oppoſitas.

CXL
DARE DEXTERAM.

Dare dexteram
Iungere manus.
Iungere dextram
Coniungere dextram
Committere dextram
Complecti dextram
Prehendere dextram.

CXLI.
FACERE PROMISSVM.

Reddere promiſſum
Seruare promiſſa
Pollicitis addere facta
Addere fidem pollicitis
Dare polliciti pignora
Perſoluere promiſſis præmia
Addere deos promiſſis teſtes
Confirmare promiſſum

Ludere promiſſis
Exigere promiſſum
Parêre promiſſis
Corrumpere promiſſis
Promiſſa valent
Promittere ſe facilem.

CXLII.
BENEFICIVM REPENDERE.

Referre gratiam
Rependere gratiam
Reddere gratiam
Reddere vicem meritis
Officiis precium rependere
Gratiam meritis reddere
Honorem officij referre
Titulū meritis reddere
Gratæ vrbis amorem red-

reddere
Referre gratiam.

CXLIII.

MARIS POETICA VOCABVLA.

Aequor
Pontus
Fretum
Sal
Salum
Altum
Profundum
Immenſum

Amphitrite
Nereus
Oceanus, dij pro iis locis in quibus regnant.

CXLIIII.

TERRA MARIQVE.

Terráque maríque
Terra pelagoque
Pelago & humo
Aqua & terra
Trans telluré & vndas.

CXLV.

ORAM SOLVERE.

Soluere funes
Soluere naues
Soluere retinacula
Vincula ſoluere.
Religare funes.
PROP. Soluere funem
Soluere claſſem
Soluere vela.

CXLVI.

NAVIGARE.

Ire, pro nauigare
Ire rate
Ire velis
Ire vento
Ire flatu
Ire per aquas
Ire per vndas
Ire per mare
Ire per æquora.

Labi, pro nauigare
Labi pede æquo
Labi per æquor rate felici
Vti ventis ferentibus.

Currere, pro nauigare
Curſus, pro nauigatione
Recurſus pro reditu
Currere aqua
Currere rate
Decurrere mari tuto.

Secare fretum puppe
Aequor puppe ſecare
Secare fluctus naue
Pontum ſecare
Vada ſecare

Scin-

Scindere aquas
Scindere freta
Findere æquor
Fretum carina findere
Findere iter
Sulcare æquor fragili ligno
Sulcare vndas rate
Sulcare aquàs
Arare æquor
Arare aquas
Hactenus metaphoræ à re ruſtica ſumptæ.
Inire vias
Facere iter
Facere iter puppe
Facere vias puppe
Vehi per æquora
Nauigare æquor
Aequore ferri
Ferri puppe
Tranſire mare
Claſſe freta perarare.

Pelago ſe credere
Vento ratem committere
Vndis ratem committere
Potiri freto

Dare vela
Dare vela ventis
Dare lintea
Dare ventis lintea
Dare carbaſa
Præbere carbaſa
Tendere carbaſa
Metiri aquas carina
Agere rates per mare.

Petere claſſe
Petere carina
Puppe petere
Vento petere
Cærulea petere via.

Venire rate
Venire puppe
Venire carina
Carinæ inſultant fluctib.
TIB. Ire rate
Ire puppe
Ire per vndas
Confindere pontum
Ratem ventis credere
Ratem per freta ducere
Naues contemnunt vndas.
PROP. Cærulum, pro mari
Gurges, pro mari
Galatea, pro mari
Velificare, pro vela facere
Ire, pro nauigare
Ire per mare
Ire per vndas.

Findere claſſe freta
Findere mare carina
Facere iter gurgite
Vehi per cærula
Dare lintea
Tendere lintea
Petere claſſe
Ducere ſalo vela
Nauem propellere in æquor
Legere iter.

CLXVII.

RETRO NAVIGARE.

Vertere vela
Flectere ratem
Flectere iter
Verſo relabi vento
Aura refert
Venti referunt

CXLVIII.

VENTI OBSECVNDANTES.

Venti ferentes
Venti fauentes
Venti ſecundi
Venti amici
Venti vtiles
Venti ſui, id eſt fauentes
Aura ſecunda
Aura mollis
Aura facilis.

CXLIX.

VENTIS ADVERSIS.

Ventis iniquis
Non æquis ventis
Vento aduerſo
Ventis diſcordibus
Aduerſis fluctibus
Aduerſa aqua
Venti vetantes
Pelago vetante
Vento prohibente
Inuitis aquis.

CL.

VENTOS EXCITARE.

Surgit mare, cùm ventis agitatur.
Ira maris, pro tẽpeſtate
Sæuitia maris
Freta indignantia
Hyẽs, anni pars tempeſtuoſa, pro tempeſtate accipitur.

Mare turbidum
Fretum motum
Bella ventorum
Tumeſcentes aquæ
Aequora vento concita
Agitatũ fluctib. æquor.

Pax maris
Tranquilla æquora
Compoſitum mare
Freta ſtantia.

Mo-

Mouere freta
Concutere freta
Miſcere freta
Concitare aquas
Exaſperare vndas.
Confundere æquor.

Mare agitatur ventis
Mare tumet
Mare tumeſcit ventis
Mare albet ſpumis
Iactantur ventis æquora
Aquis feriri.
TIB. Mare ventis tumet.
PROP. Venti vexant.

CLI.

VENTOS SEDARE.

Placare ventos
Temperare ventos
Siſtere mare
Sternere æquor
Componere mare
Componere aquas
Mulcere aquas
Aequora mulcere
Frangere vndas
Coërcere vndas
Coërcere aquas
Fluctus compeſcere.

Tenent venti
Venti ponunt
Cadit Eurus
Subſidunt venti
Sileſcunt venti
Remittit vnda ſæuitiam
Freta miteſcunt
Mare ſternitur
Mare finit iram
Maris ira frangitur.
TIB. Mare conſiſtit.
PROP. Vnda ponit minas
Aequor ponit metus.

CLII.

NAVIS CONCVSSA VENTO.

Quaſſa nauis
Quaſſatæ rates
Laceræ puppes
Lacerata puppis.

CLIII.

FACERE NAVFRAGIVM.

Mergere aqua
Mergit ratem procella
Mergi vnda
Demergere ponto.

Bibere æquora
Bibere æquoreas aquas
Obrui aquis
Ventis obrui
Obruere vndis
Eſſe naufragium

Iactari per vndas naufragum
Nauis offendit
Tenere ratis membra.

CLIIII.

REMIGARE.

Ducere remos
Mouere freta remo
Mouere remo carinam
Impellere remis
Impellere remige
Pulſare vndas remo
Pulſare æquor remige
Iter remo carpere
Verrere freta remo
Peragere freta remo
Torquere aquas remis.
Diuidere remis
Remis eruere
Findere remigio
Scindere aquas
Vti remis
Referre ad pectora remos
Perſtare in remorum verbere
Admouere remis fretū.

Nauis it remige
Remus it
Aequora remo ſpumeſcunt
Aequora caneſcunt remo.
TIB. Remo pellere ratē
PROP. Ducere remos
Remige propellere
Carpere remis
Radere remis
Vada remis pulſa.

CLV.

APPELLERE.

Applicare terris
Applicare in terras
Applicare ad oras
Aduertere terræ
Allabi terris
Petere portus
Intrare portus velo
Remige portus intrare
Tenere portus.

Tangere portus
Littora tangere carina
Tangere littora pinu
Tangere humum
Carina teduci tangere
Contingere portus
Contingere litora
Terram contingere
Contingere humum
Contingere harenas
Attingere terras
Attingere portum
Aduertere curſus
Aduertere carinam
Aduertere puppim
Potiri harena

Pre-

Premere littora pede
Vertere puppim ad littora
Applicare remos.

Dare litus
Portu recipere
Statione recipere
Excipi portu
Recipi portu.
PROP. Ratem applicare
Portus petere
Litora tangere
Portus tangere
Litora capiunt.

CLVI.

NATARE.

Ire per aquas
Iter per mare facere
Carpere iter maris
Dimouere aquas brachiis
Secare aquas
Findere vias pectore
Findere aquas corpore
Vti remis corporis
Pulſare vndas lacertis.

Labi per æquora
Ferri per aquas
Pendêre aquis
Ferire, trahereque aquas
Mari brachia credere
Brachia iactare aquis
Trahere per aquas brachia.
Excutere per vndas brachia
TIB. Pellere vndam manu
Pellere aquam pectore.
PROP. Ducere manus
Vnda cedit.

CLVII.

VOLARE.

Sumere pennas
Mouere pennas
Mouere pennas per aera
Mouere alas
Iactare alas
Iactare pennas
Agitare alas
Remis alarum inſiſtere.

Carpere viam
Carpere viam aeriam
Carpere aera
Carpere æthera
Carpere iter alato pede
Iter æthereum carpere
Carpere iter per aëra
Facere per auras iter
Agere iter
Ire in auras
Ire per auras

Agi per auras
Vehi per auras
Pennis tolli in aëra
Niti pennis in aëra
Tollere corpus in auras
Corpus in alas librare
Librare corpus per iter.

Credere ſe cœlo
Pennis petere
Leuari pennis
Alleuari pennis
Ingredi æthera
Findere aërem
Aere pendêre
Pendêre pennis
Pendêre pennis in aere
Pendêre in auras
Pennas librare in aëre
Quatere pennas in aëre.

In nubes abire
Inter nubes ferre membra
Labi ſupra nubes
Pennis labi per auras
Labi per aëra
Scindere nebulas
Peruolare iter aerium
Stringere pennis
Percutere pennis aëra
Diſtringere alis
Alis effugere
Alis inniti

In aera producere
Labi aere per vias.

Supprimere habenas curſus aerij
Inclinare curſus.
TIB. Perlabi auras
Vehi per aëra.
PROP. Secare auras
Vectari in aëre.

CLVIII.

EVANESCERE.

Exire in auras
Secedere in tenues auras
Dilabi in auras
Vaneſcere in auras
Euaneſcere in leues auras.

CLIX.

NERE.

Vti arte Palladis
Ducere lanas
Excolere lanas rudes
Non ſinere rudes eſſe lanas
Mollire lanas
Mollire lanas trahendo
Trahere vellera motis digitis
Trahere penſa
Ducere fila ſequentia
Deducere fila pollice
Verſare fuſum pollice
Verſare ſtamina pollice.

Sta-

ſtamina nere
Nere ſtamina impreſſo pollice
Ducere ſtamina ſuſo
Torquere pollice ſtamina
Torq. digitis ſtamina
Suſpendere ſtamina
Percurrere ſtamina
Perficere ſtamina
Exonerare colos.
TIB. Operari Mineruam
Trahere vellera
Imponere manũ penſis
Pollice verſare
Nere ſtamina
Ducere ſtamina
Deducere ſtamina colo.
PROP. Carpere penſa
Trahere penſa
Laborare penſa
Onerare penſis.

CLX.

ARARE.

Scindere aratro
Proſcindere aratro
Findere aratro
Ducere aratrum
Deprimere aratrum
Scindere vomere.

Nouare terram
Renouare aratro terram
Dimouere aratro glebã
Aratro ſulcum patefacere
Sulcare vomere
Verſare vomere
Subigere vomere
Sauciare vomere
Rumpere vomere.
Vertere glebas
Vertere humum
Eruere humum
Peragere humum
Mouere humum
Fodere arua
Colere arua
Rus colere
Terram vomere colere
Colere agros
Colere fruges.

Terra intacta raſtro
Neſcia aratri
Terra ceſſat
Terra ſeneſcit.
TIB. Arare arua
Findere arua
Confindere ferro tellurem
Subegere arua
Sollicitare humum
Premere aratro
Verſare ſolum
Sulcare agros
Renouare arua

Colere arua
Colere rura
Requieſcit ager
Requieſcit humus.
PROP. Vertere agros
Verſare rura
Premere aratro
Colere rura.

CLXI.

SVB IVGVM DVCERE.

Vocare ſub iuga
Venire ſub iuga
Trahere ſub iuga
Ducere ſub iuga.

Sub iuga ire
Colla iugis ſupponere
Præbere colla iugo
Præbere colla ad iuga
Dare colla iugo premenda
Præbere colla iugo premenda
Supponere tauros oneri
Imponere iugum
Premere aratro collum
Aratra ſubire
Venire ad aratra.

Subducere oneri colla
Detrectare iugum
Detrectare aratrum
Collo iuga ſubtrahere.

TIB. Ducere ſub iuga
Subire iuga
Submittere iugo colla
Aratro adiungere
Soluere iugis vincula.
PROP. Agere ſub iuga
Succumbere aratro
Subtrahere iugo colla
Rumpere iugo vincula
Detrectare aratra.

CLXII.

SERERE.

Iacere ſemina
Iactare ſemina
Mittere ſemina in ſolú
Spargere ſemen in humum
Mandare ſemina harenę
Semen humo condere
Obruere ſulcis ſemina
Obruere ſemina terra
Terræ ſupponere ſemina
Credere aruis Cererem.

Humus mollit ſemina
Tempus perducit ſemen in ariſtas.
TIB. Credere ſulcis ſemina
Cómittere terrę ſemina
Terra perſoluit ſemina
Reddit ſemina ager
Ponere humo ſemina.

CLXIII.

PINSERE.
Frangere munera Cereris
Mollire Cererem manu

CLXIIII.

RETIA TENDERE.

Nectere retia
Ponere retia
Tendere retia
Tendere plagas
In retia agere
In retia premere.

CLXV.

VENARI.

Operari ſtudiis Dianæ
Exercere ſtudia Dianæ
Colere venandi ſtudium
Sequi feras
Sectari feras ſagaci catulo
Ire in feras
Figere feras
Studioſus ferinæ cædis
Laſſus venandi ſtudio.

Copula tenet canes
Copulas canibus detrahere
Vincula canib⁹ demere.
TIB. Vincula demere cani
Claudere valles inſidiis
Claud. colles indagine.
PROP. Suſcipere ſacra Dianæ.

CLXVI.

EQVITARE.

Vehi equo
Ire in equo
Meare equo
Terere equo terram
Vngula equi pulſare terram.

Conſcendere in equum
Conſcendere equum
Tolli equo
Terga equi premere.

Admittere equum
Subdere calcar equo
Vrgere equos
Inſtare equis
Hortari equos
Exhortari equos

Flectere quadrupedem in orbem
Equitare in orbem
Ire in gyrum
Deſcendere equo
Terga equi relinquere
Excidere equo
Decidere ab equo
Excuti ab equo.
TIB. Inſidere equo
Edere corpus ſuper equum

equum
Contendere recto curſu
Contendere gyro.
PR. Gyrũ equis pulſare

CLXVII.

HABENAS MANV TENERE.

Cõting. manu habenas.
Premere manu frena
Corripere lora manu
Habenas accipere
Agitare habenas manu
Frena manu ducere.

CLXVIII.

HABENAS RELAXARE.

Dare frena Dare lora
Immittere habenas
Concedere habenas
Remittere frena
Lora remittere
Lora ſoluere
Lora concutere
Excutere habenas.
TIB. Permit. habenas.
PROP. Mittere habenas
Frena mouere.

CLXIX.

HABENAS CONTRAHERE.

Supprimere habenas
Supprimere frena
Supprimere lora
Retinere frena
Retentare frena
Tendere lora
Tendere habenas retrò
Attrahere lora.

CLXX.

HABENAS REGERE.

Habenas regere
Regere ora equi
Regere frenis
Vti habenis Vti loris
Moderari habenas
Frenis moderari
Coercere frenis
Flectere habenas
Tentare habenas.
TIB. Habenis cõpeſcere
Compeſcere freno.

CLXXI.

HABENAS DETRECTARE.

Repugnare habenis
Frenis repugnare
Recuſare frena
Relinquere lora
Equ⁹ tenax contra frena
Equus rigidæ ceruicis.
Parere habenis Pati frena
Premere frena
Frenare ora
Succedere habenis
Habenis verſis.
TIB. Mordere frena.

CLXXII.

ARCVM TENDERE

Tendere arcum

Intendere arcum
Contendere arcum
Obuertere arc. in aliquẽ
Attrahere arcum
Arcum flectere
Flectere cornua
Curuare cornua
Sinuare arcus
Lunare arcus.

CLXXIII.

IACVLARI.

Moliri ſagittas
Librare iaculum
Sollicitare arcu
Inceſſere iaculis
Ferre tela in aliquem
Mittere iaculum
Mittere ſagittas
Telũ mittere Iacere tela
Coniicere tela
Spargere tela
Expellere arcu ſagittam
Impellere ſagittã neruo.
Percutere iaculo, Sagitta
Figere tela, iaculum
Figere telo, iaculo
Traiicere telo, ſagitta.
Supprimere tela
Ire ſagittã Iaculari ferro
Iaculum venit.
TIB. Iacere ſagittam.
PROP. Mittere ſagittã
Figere tela, Cõcutere ar.
Oppugnare ſagittis

CLXXIIII.

TELA VENENO ILLINERE.

Tingere veneno
Tingere tabe mortifera
Tingere mordaci felle
Linere felle vipereo
Linere felle ſerpentis
Tela felle lurida
Madere cruore vipereo
Tela madẽt fel. Vir⁹ ineſt
Toxicum, pro veneno.

CLXXV.

HASTAM, VEL TELUM ALIQVOD TORQVERE.

Promere ſpicula
Dirigere haſtam
Quatere haſtam
Quaſſare haſtam
Concutere telum
Vibrare iaculum
Torquere iaculũ, haſtile
Torquere haſtam
Torquere tela
Intorquere iaculum
Contorquere haſtam
Mittere telum
Immittere lanceam
Agere haſtam
Exigere haſtam.
Excipere telum
Reſumere tela
Remittere tela
Hæret haſta Stat haſta
Sedet haſta

Tranſit haſta
Repellitur haſta

CLXXVI.

VRBEM EXSTRVERE.

Ponere fundamina
Iacere fundamine
Moliri mœnia
Ponere mœnia
Ponere muros
Facere mœnia
Muros facere
Aedificare muros
Statuere vrbem
Conſtituere mœnia
Conſtituere larem
Conſtituere domos
Figere mœnia
Condere mœnia
Struere mœnia
Incingere mœnibus
Condere vrbem.

Surgunt mœnia
Consurgit vrbs
Creſcunt mœnia
Stat vrbs.
TIB. Exſurgunt muri
Formare vrbis mœnia
Exſtruere caſas.
PROP. Iacere mœnia
Condere mœnià
Statuere vrbem.

CLXXVII.

DIRVERE VRBEM.

Euertere vrbem
Subuertere vrbem
Diruere mœnia
Subruere mœnia
Deiicere mœnia
Diſiicere vrbem
Concutere mœnia
Sternere mœnia
Solo æquare vrbem.
PROP. Perdere vrbem
Subruere vrbem.

CLXXVIII.

CREMARE.

Ferre ignes in aliquid
Ferre faces in tecta
Dare flammis
Dare flammis torrenda
Dare flammis adolenda
Dare ignibus
Imponere flammis

Ponere in igne
Ponere in ignes
Ponere in flammam
Abſumere igne
Dare in rogos
Imponere rogis
Vertere in cineres.

Cadit vrbs
Concidit vrbs
Procumbit ſolo vrbs

Ia-

Iacet vrbs.

CLXXIX.

OBSIDERE.

Claudere mœnia
Obſidere mœnia
Cingere mœnia
Premere obſidione
Pati moras obſidionis.

Mœnibus ſe continere
Luſtrare mœnia
Tradere mœnia
Carpere mœnia.

CLXXX.

PORTAS APERIRE

Reſerare mœnia
Portas reſerare
Recludere portas
Clauſtra relaxare
Laxare ianuam
Pandere fores
Aperire fores
Aperire ianuam
Adaperire ianuam
Demere ſeram
Excutere ſeram
Ianua patet.
TIB. Reſerare fores
Reſerare poſtes
Vertere cardinem
Vertere fores cardine
Ianua pateſcit.

CLXXXI.

PORTAS CLAVDERE.

Claudere portas
Addere ſeram poſtibus
Obdere fores
Obſtringere limen
Opponere ſeram
Submouere ſeram.

Seræ tenent
Portæ clauſæ
Ianua fulta ſera.
TIB. Claudere fores
Opponere ſeram.
PROP. Recludere portas
Præcludere fores
Obducere ſeram.

Expellere é foribus
Diruere fores.

CLXXXII.

CERTARE.

Mouere certamen
Venire ad certamen
Venire in certamen
Adeſſe ad certamen
Inire certamen
Certamina ſubire
Peragere certamen
Certamina creſcunt.

Fortuna certaminis
Lex certaminis
Precium certaminis.

CLXXXIII.
CVM PERICVLO AGGREDI.

Petere per pericula
Offerre ſe ad pericula
Moliri pericula
Subdere pericula

Pati pericula
Perferre pericula
Exhaurire pericula.

CLXXXIIII.
VENIRE AD MANVS.

Manus ſtringere
Manus armare
Addere manus in arma
Inſtruere manum telo
Iniicere manus
Intẽtare man⁹ proteruas.
Inferre manus armatas
Conſerere manus
Conferre manus
Manibus inſequi ora
Tendere manus in ora.

Manus tenere
Continere manus
Retinere manus
Suſtinere manus.
TIB. Abſtinere manus.
PROP. Inicere manus
Miſcere manus
Infectas ſanguine habere manus.

Temperare manus
Manus habere mãſuetas

CLXXXV.
PVGNARE

Bellare
Pugnare
Suſcipere bellum
Suſcipere munus Martis
Solicitare bello
Arma ſumere
Capere arma
Parare bella
Ferre arma
Inferre arma
Ferre bella
Afferre bellum
Tollere arma
Mouere arma
Bella mouere
Ire in arma
Venire in arma
Ruere in arma.

Vertere in arma
Concitare in arma
Vocare ad arma
Fouere arma
Coire ad arma
Ad bella coire.

Bellum indicere
Sequi bella

Se-

Sequi arma
Agmina ſequi
Caſtra ſequi
Acies ſequi
Ad bella ſequi
Opes hoſtiles ſequi.

Pugnæ ſe parare
Dimicare pugna
Gerere bellum
Gerere bellum longum
Gerere opus Martis
Peragere bella
Miſcere prælia
Capeſſere arma
Conferre Martem
Conferre dextram
Concurrere ferro
Concurrere telis
Decertare ferro
Committere pugnam
Ferre tela coniuncta.

Minari bellum
Repetere per arma
Repetere belli tumultu
Bellum conſurgit
Bellum it longius
Bella tument
Bellum laſſat
Bella iacent
Fortuna belli pendet

Tela volant

Agitatus in armis
Facilis ad bella
Promptus ad bella
Immunis belli
Auidus belli
TIB. Arma ſequi
Caſtra ſequi
Offerre ſe armis
Bella calent.
PROP. Ad arma vocare
Arma armis nectere
Subire militiam
Sequi caſtra
Bella gerere
Miſcere prælia
Concurrere campo.

CLXXXVI.

AB ARMIS RECEDERE.

Deponere bellum
Secedere ab armis
Bello deſiſtere
Finire Martem
Finem bello imponere
Contundere arma
Coërcere arma
Stant acies
PROP. Contundere arma alicuius
Arma condere.

CLXXXVII.

SIGNORVM MILITARIVM.

Signa mouere

In-

Dicere preces
Dicere verba precantia
Complecti preces
Concipere preces
Admouere preces
Adiicere preces
Adhibere preces
Addere preces
Effundere preces.

Vti precibus
Inſtare precibus
Sollicitare precibus
Tentari precibus.
Adorare prece
Deuenerari prece
Petere prece
Rogari voce
Precari ore.

CXCI.

PRECES AVDIRE.

Audire precantem
Exaudire preces ſupplicis.

Audire preces
Accipere preces
Accipere preces ſub conditione
Excipere preces molliter
Efficere preces ratas
Annuere precibus
Precibus fauere
Aſſentire precibus
Acceſſum dare precibus
Tribuere precibus alicuius
Succumbere precibus
Flecti precibus
Vinci precibus
Frangi precibus.

Spernere preces
Repellere preces
Deſerere preces orantis
Sinere preces eſſe vanas
Surdas aures oranti præbere
Obdere forem vocibus.
Mitte precari
Preces tangunt
Preces valent
Preces pondus habent.
PROP. Adire prece
Reddere preces
Preces negligere
Preces eleuare
Preces valent
Preces remorantur.

CXCII.

LEGES VICTIS IMPONERE.

Ferre leges
Dicere leges
Dare leges
Imponere leges

Sub leges vocare.
PROP. Dare leges
Indicere leges.

CXCIII.

IMPERII FINES PROFERRE.

Proferre imperium
Promouere imperium
Promouere vires
Adiicere imperio
Subiicere regna
Auctus regno.

CXCIIII.

IMPERIVM DEFERRE.

Deſtinare imperio
Referre rerũ ſummam ad aliquem
Committere imperium alicuius fidibus
Capere imperij frena
Accipere habenas imperij
Capere moderamina rerum
Capere regna.
PROP. Accipere imperium.

CXCV.

IMPERARE.

Regere imperium
Regere opes
Moderari imperij frena
Potiri ſceptro
Solio potiri
Solio ſedere
Potiri capta vrbe
Tenere frena imperij.
Regna tenere
Res tenere.

CXCVI.

MANDARE.

Dare mandata
Mandata accipere
Mandati cauſam ſuſcipere.

Ferre mandata
Ferre mandata ad aliquem
Referre mandata.

CXCVII.

MANDATA EXEQVI.

Mandata peragere
Perficere mandata cura fideli
Exequi mandata
Mandata perferre
Fungi mandato
Perfrui mandatis.

Iuſſa facere
Efficere iuſſa
Peragere iuſſa
Dicta peragere
Peragere edita
Annuere iuſſis
Parēre iuſſis

Ob-

Obtemperare iuſſis.

CXCVIII.

EIICERE IN EXILIVM.

Vrbe pellere
Vrbe prohibere
Eiicere vrbe
Expellere patria
Adimere patriam
Demere humũ natalem
Patria iubere abeſſe
Pelli ab oris patriis
Agi exulem
Mutare exilio vrbem.

Excutere ſceptris
Regnis pelli
Domo pelli
Exulare per externas oras
Adimere ius ciuis.

Exul domus
Patria carens.

CXCIX.

OPIBVS SPOLIARE.

Rapere opes
Eripere opes
Diripere opes
Opes adimere
Detrahere opes
Attenuare opes
Minuere opes
Perdere opes
Carpere opes.
TIB. Eripere opes
Detrahere opes.
PROP. Auferre opes

CC.

GLADIO CINGI.

Cingi enſe
Accingi enſe
Præcingi enſe
Subiicere latus gladio.

Latus enſe cinctum
Latus enſe vinctum.
PROP. Reuincire latus enſe.

CCI.

GLADIVM EDVCERE.

Exigere enſem
Enſem exerere
Nudare gladium
Stringere gladium
Stringere mucronem
Diſtringere enſem
Vagina enſem liberare
Diripere vagina enſem.

Ducere ferrum vagina
Ebur vacuum enſe
Petere ferro
Stricto ferro petere
Petere enſe
Telo petere.

CCII.

VVLNERARE.

Diſtringere
Diſtringere vulnere
Dare vulnus
Facere vulnus
Vulnere lædere
Vulnere violare
Cuſpide lædere
Enſe ferire
Facere ſaucium.

Vulnus afficit
Vulnus deſcendit
Tardus vulnere
Tardatus vulnere.

CCIII.

VVLNVS ACCIPERE.

Pati vulnus
Accipere vulnus
Accipere vulnera inhoneſta tergo
Ferre vulnus ab aliquo
Fieri ſaucium
Gerere vulnus
Habere vulnus
Tenere vulnus
Sentire vulnus
Alere vulnus peſtiferū.
TIB. Ferre vulnera.
PROP. Pati vulnera
Vulnera ſentire.

CCIIII.

VVLNERI SE SVBDVCERE.

Eludere vulnus
Subducere ſe à vulnere
Effugere ictus
Ab ictu ſe retrahere
Ictum repellere
Excutere tela
A telo recedere.

CCV.

E VVLNERE TELVM TRAHERE.

Trahere ferrū à vulnere
Trahere telum de vulnere
Exſtrahere de vulnere
Rapere telum corpore
Eripere telum tergo
Educere telum infixum
Euellere ferrum de pectore
Reuellere telum oſſe.

CCVI.

VVLNVS CVRARE.

Ligare vulnus
Vulnera mulcere
Vulnus fouere
Vulnera leuare
Iuuare vulnera
Sedare vulnera
Vulnera ſanare
Vulnera tollere
Vulnus coit

Vul-

Vulnus ducit cicatricē

CCVII.

MEDERI.

Confugere ad opem medicam
Medicas artes exercere
Admouere opem
Ferre medicam opem
Ferre opem vulneri
Iuuare ope medica
Leuare Apollinea arte
Sanare ope
Sentire opem medicam
Pellere morbos
Tenere fila Parcarum.
TIB. Applicare medicas manus
Corpora leuare
Sanare herbis
Medicando auferre dolorem
Expellere morbos.

CCVIII.

VVLNVS RENOVARE.

Vulnus nouare
Renouare vulnus
Tractare vulnus
Contrectare vulnus
Vulnera retractare
Agitare vulnera
Tangere vulnera
Vexare vulnera
Rumpere vulnera
Tollere manus de vulnere.
Tactum reformidat vulnus
Vulnus ſcinditur
Cicatrix redit in vulnus.

CCIX.

TRANSFIGERE.

Haurire latus
Haurire cruorem
Enſe latus perforare
Enſem in latus obliquare
Gladium lateri recōdere
Peragere latus enſe
Eruere latus haſta.

Pectus haurire ferro
Figere pectus ferro
Figere præcordia
Rumpere telo pectora
Rumpere præcordia ferro
Tranſiicere enſe pectus
Adigere ferrum per pectus
Adigere in pectus enſem
Exigere ferrum per præcordia
Cōdere enſem in pectus
Recondere tela in pectore
Pectore ferrum condere

Manibus ora inſequi
Petere ora manu
Petere oculos facibus
Damnare nocte lumen, id eſt, cæcitate punire.

Carere oculis
Orbum luminibus fieri
Orbus luminis
Priuatus lumine
Inanis luminis.
TIB. Fœdatus lumina
Oculos appetere.
PROP. Vngues in vultum coniicere
Exuere oculos flamma.

CCXII.

OCCIDERE.

Lethare, pro letho dare: Vnde & Lethatus participium.
Fungi cæde
Dare letho
Dare morti
Dare neci
Dedere neci
Mittere neci
Mittere letho
Demittere morti
Demittere ad vmbras
Mittere ad Stygiás vndas
Dare ad Stygem
Ducere ad Stygias aquas
Perdere morte.

Effundere ſanguinem alicuius
Effundere vitam
Facere ſanguinis parum
Eripere vitam alicui
Animam eripere.
Animæ iter eripere
Finire alicui vitam
Adimere vitam
Auferre vitam
Animam auferre
Exturbare animam
Elidere animam
Elidere fauces
Expellere animam
Expellere anima.

Reddere animam per vulnera
Perimi Marte
Marte cadere
Acie perire
Enſe cadere
Perimere Marte
Sternere ferro
Necem parare.

Solutus morte manu facta, id eſt occiſus.
Interceptus neci
Cæde nocens
Cæde ſatiatus

Cæde ſaturatus
Manus immunis cædis
Vacua cædis manus
Manus innocua.
PROP. Occupare enſe aliquem
Soluere vitam
Sub armis cadere
Manus infectę ſanguine.

CCXIII.
VITAM DONARE.

Concedere vitam
Dare vitam
Dare animam
Subducere animam morti
Seruare animam
Seruare vitam
Accipere vitam
Debere vitam
Debere ſalutem

CCXIIII.
CAEDEM FACERE.

Facere cædem
Committere cædem
Cæde manum tingere
Recalfacere telum cæde
Enſem tepefacere ſanguine
Sanguine tepefacere haſtam
Tingere ferrum ſanguine
Facere aceruos enſe.
PROP. Tingere ferrum ceruice alicuius.

CCXV.
VITAM LAQVEO FINIRE.

Animam laqueo claudere
Animæ viã laqueo claudere
Colla laqueo ligare
Laqueo ligare guttura
Nodare collo laqueum
Aptare collo vincula
Implicare colla laqueis
Laqueo fauces innectere
Elidere fauces laqueo
It guttur per laqueum
Strangulare ora
Claudere iter vocis
Præfocare animæ viam.

CCXVI.
DARE SE PRAECIPITEM

Mittere ſe deſuper in alta
Mittere ſe ſuper põtum
Mittere in vndas
In aquas mittere
Immittere in vndas corpus
Præcipitare in aquas
Mittere ſe è ſummo

Iacere ſe è ſummo
Propellere ex alto corpus
Ferri in præceps
Volui in præceps
Mittere præcipitem
Dare ſaltus è ſummo
Dare ſe præcipitem
Vadere per præceps.
TIB. Delabi præcipitem.
PROP. Iacere corpus è ſaxo
Mittere corpus è ſaxo.

CCXVII.

CAPI VEL DEPREHENDI.

Laqueos diſponere
Cadere cathenis
Cadere in laqueos
In plagas cadere.

Decidere in caſſes
Teneri laqueis.

Emittere laqueis
Demere vincula
Rumpere vincula
Reſoluere captiua corpora
Tendere caſſes
Teneri cathenis
Soluere cathenis
Leuare vincula
Remittere vincula.

CCXVIII.

IN VINCVLA CONIICERE

Claudere in ſolidis tectis
Claudere in carcere.
Carcere cohibere.

Parare vincula
Iniicere vincula collo
Coniicere vincula collo
Addere captiuis vincula
Adhibere captis vincula
Innectere vinculo
Impedire vinculis
Coercere vinculis
Domare vinculis
Retinere vinculis.

Dare manus ad vincula
Porrigere manus ad vincula
Addere manus in vincula
Nectere per manus vincula
Gerere ceruice vincula
Vincire cathenis
Religare cathenis
Compeſcere cathenis
Nectere cathenas per colla
Onerare colla cathenis.

Pati vincula
Subire vincula
Ferre vincula.
TIB. Religare brachia
Vincire compede
Subiicere colla cathenæ
Teneri cathenis
Crura ſonant compede
Negare ſe vinculis
Detrectare vincula
Vincula tenent.
PROP. Parare vincula
Aſtringere vinculis
Vincire cathena
Circundare cathenis colla
Liuere cathenis
Vincula perpeti.

CCXIX.

OPITVLARI.

Ferre auxilium
Ferre opem
Succurrere amico
Ferre auxilium in rebus miſeris
Ferre opem rebus in arctis
Afferre opem lapſo.

Tueri conſtanti fide amicum
Amici cauſſam non deſerere

Ferre pro aliquo arma.

CCXX.

PVNIRE.

Capere pœnas alicuius rei
Exigere pœnas
Afficere pœna
Coercere pœna
Pœnæ dedere.

Merere pœnas
Commerere pœnas
Merere ſupplicium
Recuſare ſupplicium.

CCXXI.

POENAM STATVERE.

Ponere pœnas
Imponere pœnas
Addere pœnas
Ire in pœnas
Trahere in pœnas
Verti in pœnas.

CCXXII.

POENAM MINVERE.

Mollire pœnam
Leuare parte pœnæ
Leuare à pœna partem
Demere pœnam
Eximere pœnæ
Contrahere pœnas

Seruare pœnam

Referre-

Reſeruare pœnæ
Differre pœnas
Differre pœnæ tempora
Debere pœnas
Experiri pœnas
Inſtare pœnas
Digerere in alios pœnas: id eſt, alios participes pœnæ facere.
TIB. Minari pœnas
Perſequi pœnis.
PROP. Inuigilare pœnis.

CCXXIII.

DARE POENAS.

Dare pœnas
Luere pœnas
Luere morte pœnas
Subire pœnas
Inire pœnas
Pati pœnam
Pati nouum pœnæ genus
Pati pœnã ſine crimine
Pendere pœnas
Soluere pœnas
Facta luere
Pœna venit
Pœna ſequitur
Pœna reuertitur
Pœna redundat
Pœna ſuperat
Pœna trahit
Eſſe in pœna, cogitare quomodo factum aliquod vlciſcaris.
Pœna culpa minor
Pœna merito minor.
TIB. Luere pœnas
Perſoluere pœnas
Pœna manet.
PROP. Dare pœnas
Pœna eſt ante pedes.

CCXXIIII.

FINEM FACERE.

Facere finem
Facere modum
Ponere finem
Imponere finem
Imponere modum
Statuere modum
Finem quærere
Finem habere
Finis abeſt
Dempto fine.

FINIS LIBRI II.

GEORGII FABRICII EXEMPLORVM VARIETATIS ET COPIAE, LIB. III.

CAP. I.

LAVDANDI ALIQVEM RATIONES VARIAE. A BONIS ANIMI.

A pietate in Deos.

6 Faſt. REGIS opus placidi, quo nō metuentius vllum
Numinis ingenium terra Sabina tulit.
1. Meta. Non illo melior quiſquam, nec amantior æqui
Vir fuit, aut illa reuerentior vlla dearum.
5. Meta. Emathion æqui cultor, timiduſque deorum.
Innocuos ambos, cultores numinis ambos.
1. Meta. —Aeneas pietatis idoneus auctor.
2. Faſt. —Vir factis maxime, cuius
14. Meta Dextera per ferrum, pietas ſpectata per ignes.
15. Meta Micylus, illius diis acceptiſſimus æui.

A pietate in patriam.

Ad Liuiam: Quam paruo numeros impleuit principis æuo,
In patriam meritis occubuitque ſenex.
2. de Pōt. Per patriæ numen, quæ te tibi charior ipſo eſt.
Ad Liui. Vtilior patriæ, quàm tibi Druſe, tuæ.
2. Triſt. O pater, ò patriæ cura ſaluſque tuæ.
5. Triſt. Arbiter imperij, quo certum eſt ſoſpite cunctos

Au-

Auſoniæ curam gentis habere deos.
O decus, ô patriæ per te florentis imago,
O vir non ipſo quem regis orbe minor.
—Vir immenſo maior virtutibus orbe. *2. de Pōt.*
Tu patrui meritas conare anteire ſecures,
Et vetera oblitis iura refer ſociis. *Proper-*
Nam tua non ætas vnquam ſeruiuit amori, *tius 1.*
Semper at armatæ cura fuit patriæ.

A fortitudine. *Ad Liuiam.*

Maximus ille armis, maximus ille toga.
—Iuuenum belloque togaque—Maxime. *2. de pōt.*
—Marte togaque—Præcipuum. *15. Meta*
—Timor ille Phrygum, decus & tutela Pelaſgi *12. Meta*
Nominis Aeacides, caput inſuperabile bello.
Sed quàm Marte ferox, & vinci neſcius armis, *2. de pōt.*
Tam nunquam facta pace cruoris amans.
Quippe manu fortes, nec ſunt tibi Marte ſecundi. *13. Meta.*
—Erat telum ſplendenti lancea ferro, *3. Meta.*
Et iaculum, teloque animus præſtantior omni.
—Animi pleniſſima magni—Pectora. *5. Meta.*
At tibi rex æuo detur fortiſſime noſtro, *1. de pōt.*
Semper honorata ſceptra tenere manu.
Fortis & infelix, & plus quàm fœmina virgo. *13. Meta*
Clarus erat, ſumtisque ferox Meſſentius armis. *4. Faſt.*
Acer erat, belloque ferox, ad vimque paratus. *12. Met.*
Feruidus ingenio, tum verò & cladibus aſper. *14. Met.*
Nec mora, conſpicuus longè fulgentibus armis, *4 de pont.*
Fortia ne poſſint facta latere, caues.
Ingentique gradu contra ferrumque locumque,
Saxaque brumali grandine plura, ſubis.
Nec te miſſa ſuper iaculorum turba moratur,
Nec quæ vipereo tela cruore madent.
Spicula cum pictis hærent in caſſide pennis,
Parsque ferè ſcuti vulnere nulla vacat.

Nec

Nec corpus cunctos feliciter effugit ictus,
Sed minor eſt acri laudis amore dolor.
Talis apud Troiam Danais pro nauibus Aiax
Dicitur Hectoreas ſuſtinuiſſe faces.
Vt propius ventum eſt, admotaq; dextera dextræ,
Resque fero potuit cominus enſe geri:
Dicere difficile eſt quid Mars tuus egerit illic,
Quotq; neci dederis, quosque, quibúsue modis.
Enſe tuo factos calcabas victor aceruos,
Impoſitoque Getes ſub pede multus erat.
Pugnat ad exemplum primi minor ordine pili,
Multaque fert miles vulnera, multa facit.
Sed tantum virtus alios tua præterit omnes,
Ante citos quantum Pegaſus ibat equos.

Ab artibus Imperatoriis.

Tibull. In Hexa. ad meſſal.

Nam te non alius belli tenet aptius artes,
Quà deceat tutam caſtris deducere foſſam,
Qualiter aduerſos hoſti defigere neruos,
Quemúe locum ducto melius ſit claudere vallo,
Fontibus vt dulces erumpat terra liquores;
Vt facilisque tuis aditus ſit, & arduus hoſti,
Laudis & aſſiduo vigeat certamine miles.
Quis tardamúe ſudem melius, celeremúe ſagittam
Iecerit, aut lento perfregerit obuia pilo:
Aut quis equum celeremúe arcto cõpeſcere freno
Poſſit, & effuſas tardo permittere habenas,
Inque vicem modò directo contendere curſu,
Seu libeat curuo melius contendere gyro,
Parma ſeu quos dextra velit, ſeu læua tueri·
Siue hac, ſiue illac grandis venit impetus haſtæ
Amplius, aut ſignata cita loca tangere funda.
Iam ſimul audacis veniunt certamina Martis,
Aduerſisque parant acies concurrere ſignis.

Tunc

Tunc tibi non deſit,faciem componere pugnæ,
Seu ſit opus quadratum acies conſiſtat in agmen,
Rectus in æquatis decurrat frontibus ordo,
Seu libeat duplicem, ſeu iunctũ cernere Martem,
Dextraque vt læuum teneat,dextrumque ſiniſtra
Miles,ſitque duplex gemini victoria caſus.

A clementia.

Sed piger ad pœnas princeps,ad præmia velox: *1. de põt.*
Quique dolet,quoties cogitur eſſe ferox.
Qui vincit ſemper,victis vt parcere poſſit,
Clauſit & æterna ciuica bella ſera.
Multa metu pœnæ,pœna qui pauca coercet,
Et iacit inuita fulmina rara manu.
Sed placidus faciliſque parens,veniæque paratus, *2. de Pon.*
Et qui fulmineo ſæpe ſine igne tonat.
Qui cum triſte aliquid ſtatuit,fit triſtis & ipſe,
Cuique ferè pœnam ſumere pœna ſua eſt.
Scilicet eiuſdem eſt, quamuis pugnare videtur, *4 de pont.*
Supplicibus facilem,ſontibus eſſe trucem.
Nec ſolet iraſci: nec enim moderatior alter, *1. Triſt.*
Cum quis in aduerſis,ſi quod amauit,amat.
Lenem te miſeris genuit natura,nec vlli *4. de Pon.*
Mitius ingenium quàm tibi Brute dedit.
Adde quod eſt animus ſemper tibi mitis, & altæ *3 de Pon.*
Indicium mores nobilitatis habent.

A vitæ integritate.

Ingenuum de plebe virum.nec cenſus in illo *9. Met.*
Nobilitate ſua maior,ſed vita fideſque
Inculpata fuit.—
—Tyndareus vita grauis auctor, & annis. *In Herm.*
Siue aliquod morum,ſeu vitæ labe carentis *1. Triſt.*
Eſt precium:nemo pluris emendus erat.
—Exemplum iuuenis venerabile morum. *Ad Liui.*
Mamurius morum, fabræ ne exactior artis *3 Faſt.*
Difficile eſt vlli dicere.— Iu-

6.Met. Iuſticia dubium,validis ne potentior armis.
Tibull. 3. Et longè ante alios omnes mitiſſima mater:
Iſque pater,quo non alter amabilior.

Ab animi candore.

—Sed ſunt tua pectora lacte,
2.de Pon. Et non calcata candidiora niue.
4.de Pon. Tam felix vtinã,quàm pectore candidus,eſſem.
3.Triſt. Quique eſt in caris animi tibi candor amicis.
4.Triſt. Cuius ineſt animo patrij candoris imago,
Non careat neruis candor vt iſte ſuis.
2.de Pon. Candor in hoc æuo res intermortua penè
Exigit,vt faciam talia vota, tuus.
In Ibin. —Perennem
Candoris titulum non ſinit eſſe mei.
4.de Pon. Adde quod Illyrica ſi iam pice nigrior eſſem.

A ſide.

4.de Ponto. O mihi non dubios inter memorande ſodales.
1.Triſt. O mihi poſt nullos vnquam memorande ſodales,
O cui præcipuè ſors mea viſa ſua eſt.
3.Triſt. O mihi chare quidem ſemper,ſed tempore duro
Cognite,res poſtquam procubuère meæ.
4.Triſt. O mihi dilectos inter ſors prima ſodales;
Vnica fortunis ara reperta meis.
5.Triſt. Tu quoque noſtrarum quondam fiducia rerum,
Qui mihi confugium,qui mihi portus eras.
4.de Pon. O mihi non dubia cognite Brute fide.
3. Meta. Aut vltor veſtræ fidiſſima corpora mortis,
Aut comes,inquit,ero.—
1.Triſt. At nunc vt peream,quoniam caret illa periclo,
Dimidia certè parte ſuperſtes ero.

Ab animorum coniunctione.

8. Meta. Et cum Pirithoo felix concordia Theſeus.
3. Meta. Nunc duo concordes anima moriemur in vna.
Ad Liu. Adiice Ledæos concordia ſidera fratres.

Quos-

Quoſque ego dilexi fraterno more ſodales, *1.Triſt.*
O mihi Theſea pectora iuncta fide.
Nec tibi me tota iunctior vrbe fuit. *3.Triſt.*
Qui tibi materno quamuis à ſanguine iunctus, *2. Meta.*
Mente tamen Phaethon propior fuit.——
Par amor eſt illis, errant in montibus vnà. *11.Meta.*
Antra ſimul ſubeunt, & tum Lapitheia tecta
Intrarant pariter, pariter fera bella gerebant.
——Quamuis cõiunctior illo Nemo mihi eſt. *15. Met.*
——Animis iuncti, ſecernimur vndis: *In Leandro.*
Vnaque mens, tellus non habet vna duos.
——Iunctiſſima quondam——Pectora. *10.Met.*
Par bene compoſitum, iuuenum fortiſſimus alter, *Ad Liuiam.*
Altera iam forti mutua cura viro.
Heu par illud vbi eſt, totidem virtutibus ęquum, *Ibidem.*
Et concors pietas, nec dubitatus amor?

Ab amicitia cum prima ætate incœpta.

Penè mihi puero cognite penè puer: *4.de Pon.*
Perq; tot annorũ ſeriem quot habemus vterque,
Non mihi quàm fratri frater amate minus.
Tu bonus hortator, tu duxque comeſque fuiſti,
Cùm regerem tenera frena nouella manu.
Tu comes antiquus, tu primis iunctus ab annis, *2.de Pon.*
Ingenio mores æquiparante, places.
Penè puer puero iunctus amicitia. *4.de Pon.*
Hic tenor, hæc viridi concordia cœpta iuuenta, *Ibidem.*
Venit ad albentes illabefacta comas.
Ille domus veſtræ primis venerator ab annis. *1.de Pon.*
——Veſtra domus teneris mihi ſemper ab annis *Ibidem:*
Culta.——
Nam tuus, eſt primis cultus mihi ſemper ad annis *4.Triſt.*
(Hoc certè noli diſſimulare) pater.
——Pater ille tuus primo mihi cultus ab æuo. *1.de Pon.*

Ibidem. —Primo nobis à tempore cultus.

1 de Pon. —Primo dilectam ſemper ab æuo,
Eſt inter comites Martia cenſa ſuas.

2 .de Pon. Culte mihi(quid enim ſtatus hic à funere differt?)
Supremum vitæ tempus ad vſque meæ.

Ab amicitia,ſiue amore.

1 de Pon. Mouit amicitiæ tum te conſtantia longæ,
Ante tuos ortus quæ mihi cœpta fuit.
Et quòd eras aliis factus, mihi natus amicus,
Quòdque tibi in cunis oſcula prima dedi.

3.Triſt. Fœdus amicitiæ,non vis,chariſſime, noſtræ,
Nec ſi fortè velis, diſſimulare potes.
Donec enim licuit,nec te mihi charior alter.

5.Met. Et comes & veri non diſſimulator amoris.

5.Triſt. Teque Mœnetiaden,te qui comitatus Oreſtem,
Te vocat Aegiden, Euryalumque ſuum.
Nec patriam magis ille ſuam deſiderat, & quæ
Plurima cum patria ſentit abeſſe ſibi,
Quàm vultus oculoſque tuos.ô dulcior illo
Melle,quod in ceris Attica ponit apis!

1 de Pon. —Tanto eſt mihi iunctus amore,
Quantus in Atridis Tyndaridiſque fuit.

2 de Pon. Denique tantus amor nobis chariſſime ſemper,
Quantus in Aeaciden Actoridenque fuit.

3 de Pon. Par fuit his ætas,& amor.—

4.Triſt. Qui duo corporibus,mentibus vnus erant.

3 de Pon. Magnaque pars animi mecum vixiſtis amici.

1 de Pon. —Pars animæ magna Seuere meæ.

8.Met. —O me mihi charior,inquit,
Pars animæ conſiſte meæ.—

In Hero. O penitus toto corde recepte mihi.

A charitate.

5.Triſt. Te tamen (ô ſi quid credis mihi)charius ille
Omnibus in toto pectore ſemper habet.

—Ab-

—Abſunt mea curæ, ſodales, 4.*Triſt.*
Et quæ nulla mihi charior, vxor abeſt.
O mihi me coniunx charior.— 5.
—Quo non tibi charior alter. 4 *de Pon.*
Teque ſuis iurat charam magis eſſe medullis. *Tibull.3.*
Tantum chara tibi, quantum nec filia matri, *Ibidem:*
Quantum nec cupido bella puella viro.

Ab vſu & conſuetudine.

—O nobis vſu iunctiſſime longo, 3.*Triſt.*
Pars deſiderij maxima pene mei.
Turpe erit ambobus, longo mihi proximus vſu, 3 *de Pon.*
Si nulla libri parte legêre mei.
Exciderit tantùm ne tibi cura mei: 2 *de Pon.*
Quam tu vel longi debes conuictibus æui.
Ille ego conuictor, longoque domeſticus vſu, 4 *de Pon.*
Ille ego iudiciis vnica Muſa tuis.
Dulcia conuictus membra fuere mei. 4.*Triſt.*
Iure ſodalitio qui mihi iunctus erat. *Ibidem.*
—Nec tu potes ipſe negare 2.*de pon.*
Et nos in turbæ parte fuiſſe tuæ.
Vſus amicitiæ tecum mihi paruus, vt illam 3.*Triſt.*
Non ægre poſſes diſſimulare, fuit.
Nam fuerim quamuis modico tibi iũctus ab vſu, 2 *de Pon.*
Diceris exiliis indoluiſſe meis.
Idque recens præſtas, nec longo cognitus vſu. 3.*Triſt.*

A iocorum ſeriorumque communitate.

Seria multa mihi tecum collata recordor, 2.*de pōt.*
Nec data iucundis tempora pauca iocis:
Sæpe citæ longis viſæ ſermonibus horæ,
Sæpe fuit breuior, quàm mea verba, dies.
Quid niſi tot luſus, & tot mea ſeria noſſes, 1.*Triſt.*
Tot noſſem luſus ſeriaque ipſe tua?
Sępe refert animus luſus grauitate carentes, 1 *de Pon.*
Seria cum liquida ſæpe peracta fide.

4.*de Pon.* Ille ego qui primus tua ſeria noſſe ſolebam,
Qui tibi iucundis primus adeſſe iocis.
2.*de Pon.* Et modò res egiſſe ſimul, modò rurſus ab illis
Quorum non pudeat poſſe referre, iocos.
2.*Triſt.* Nil ita celabas, vt non ego conſcius eſſem,
Pectoribuſque dabas multa tegenda meis.
Cuique ego narrabam ſecreti quicquid habebam,
Excepto, quod me perdidit, vnus eras.

A ſtudiorum ſocietate.

5.*Triſt.* Vos quoque conſortes ſtudij pia turba poëtæ.
2.*de Pon.* Te iuuenum princeps, cui dat Germania nomen,
Participem ſtudij Cæſar habere ſolet.

In ſapp.

Nec plus Alcæus conſors patriæque lyræque
Laudis habet.——
2.*de Pon.* Artis & ingenuæ cultor vterque ſumus.
9.*Met.* Par ætas, par forma fuit, primaſque magiſtris
Accepere artes, elementa ætatis ab iiſdem.
2.*de Pon.* Nos fora viderunt pariter, nos portibus omnis,
Nos via, nos iunctis curua theatra locis.
1 *de Pon.* ——O iuuenis ſtudiorum plene meorum.

Ab eloquentia.

1.*Faſt.* Pagina iudicium docti ſubitura mouetur
Principis, vt Clario miſſa legenda deo.
Quæ ſit enim culti facundia ſenſimus oris,
Ciuica pro trepidis cum tulit arma reis.
Scimus & ad noſtras cum ſe tulit impetus artes,
Ingenij currant flumina quanta tui.
2 *de Pon.* Nunc tibi & eloquij nitor ille domeſticus aſſit,
Quo poteras trepidis vtilis eſſe reis.
Viuit enim in vobis facundi lingua parentis,
Et res hæredem repperit illa ſuum.
4.*Triſt.* Cuius in ingenio eſt patriæ facundia linguæ,
Qua prior in Latio non fuit vlla foro.

Si-

Siue per ingenuas aliquis caput extulit artes, 1.*Triſt.*
Quælibet eloquio fit bona cauſa tuo.
Atque hæc eſt dicas facundia principe digna, 2 *de Pon.*
Eloquio tantum nobilitatis ineſt.
Mirariſque alios, cum ſis mirabilis ipſe, *Ibidem:*
Nec lateant artes eloquiumque tuum.
Legimus ô iuuenis patrij non degener oris, 5 *de Pon.*
Dicta tibi pleno verba diſerta foro.
Aſſuetaque tibi doctæ dulcedine linguæ, 1 *de Pon.*
Aequandi ſuperis pectora flecte viri.
—Pater Latiæ facundia linguæ. 2 *de Pon.*
—Romanæ facundia Maxime linguæ. 1 *de Pon.*
O facunde ſenex, æui prudentia noſtri. 12. *Met.*
Pieridum lumen, præſidiumque fori. 4 *de Pon.*
Græcia facundum, ſed malè forte genus. 3. *Faſt.*
Nam ſeu diuerſi fremat inconſtantia vulgi, *Tibull.* 4.
Non alius ſedare queat: ſeu iudicis ira
Sit placanda, tuis poterit miteſcere verbis.

Ab ingenio.

Nec regũ quiſquam magis eſt inſtructus ab illis, 2 *de Pon.*
Mitibus aut ſtudiis tempora plura dedit.
Carmina teſtantur: quæ, ſi tua nomina demas,
Threicium iuuenem compoſuiſſe negem.
Ne ue ſub hoc tractu vates foret vnicus Orpheus,
Biſtonis ingenio terra ſuperba tuo eſt.
Si me non veterum commendant magna parentũ 1 *Amor.*
Nomina, ſi noſtri ſanguinis auctor eques:
Nec meus innumeris renouatur campus aratris,
Temperat & ſumptus parcus vterque parens:
At Phœbus, comiteſque nouem, vitiſq; repertor,
Hoc faciunt.—
Sit quoque noſtra domus vel cẽſu parua, vel ortu, 2. *Triſt.*
Ingenio certè non latet illa meo.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis: 8. *Met.*

de Triſt. Ennius ingenio maximus, arte rudis.

6. Met. —Non illa loco, nec origine gentis
Clara, ſed arte fuit.—

Tibull. 3. Valgius æterno propior non alter Homero.

Prop. 1 Atque ita ſim felix, primo contendis Homero,
Sint modò fata tuis mollia carminibus.

Ibidem: Cum tibi præſertim Phœbus ſua carmina donet,
Aoniamque libens Calliopea lyram.
Vnica nec deſit iucundis gratia verbis,
Omnia quæq; Venus, quæq; Minerua probat.

A ſtudiis;

11. Met. —Furtum ingenioſus ad omne,
Qui facere aſſuêrat, patriæ non degener artis,
Candida de nigris, & de candentibus atra.

14 Met. —Qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit ſollertius hortos,
Nec fuit arborei ſtudioſior altera fœtus.

5 Met. —Nec me ſtudioſius altera ſaltus
Legit, nec poſuit ſtudioſius altera caſſes.

14. Met. Picus in Auſoniis proles Saturnia terris,
Rex fuit, vtilium bello ſtudioſus equorum.

2. Amor Ecce tuum ſollers caput exornare Cypaſſis,
Obiicitur dominæ contemeraſſe thorum.
Adde quòd ornandis operoſa eſt illa capillis,
Et tibi per doctas grata miniſtra manus.

1. Amor Colligere incertos & in ordine ponere crines
Docta, nec ancillas inter habenda Nape.
Inque miniſteriis furtiuæ cognita noctis,
Vtilis, & dandis ingenioſa notis.

2. Amor Ponendis in mille modis perfecta capillis,
Comere ſed ſolas digna Cypaſſi deas.
Et mihi iucundo non ruſtica cognita furto,
Apta quidem dominæ, ſed magis apta mihi.

9. Met. Vna miniſtrarum media de plebe Galanthis,

Fla-

Flaua comas aderat faciendis ſtrenua iuſſis,
Officiis dilecta ſuis.
Pauper,ſed multæ ſedulitatis anus. 3. *Faſt.*
Quamuis illa foret ſolis genus,apta vel herbis, *Tibull.* 4.
Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.

A nobilitate virtuti coniuncta.

Conueniens animo genus eſt tibi : nobile namque 3 *de Pon.*
Pectus,& Herculeæ ſimplicitatis habes.
Mens tua ſublimis ſupra genus eminet ipſum,
Grandius ingenio nec tibi nomen ineſt.
Maxime,qui claris nomen virtutibus æquas, 2. *de põt.*
Nec ſinis ingenium nobilitate premi.
O qui nominibus cum ſis generoſus auitis, 4. *Triſt.*
Exuperas morum nobilitate genus.
Et geminas animi nobilitate genus. 1. *de Pon.*
Nec vigor eſt Druſi nobilitate minor. 2. *de Pon.*
Qui non inferior nobilitate fuit. *Ibidem:*
Ille memor magni generis, virtute quod auget. 1. *de Pon.*

A pudicitia & fide coniugali.

Nam tibi cum facie mores natura pudicos, 3 *Triſt.*
Et raras dotes ingeniumque dedit.
Quæ præſtat virtute ſua,ne priſca vetuſtas 3. *de Pon.*
Laude pudicitiæ ſecula noſtra premat.
Quæ Veneris formam , mores Iunonis habendo,
Sola eſt cæleſti digna reperta thoro.
Eſſe pudicarum te Veſtam Liuia matrum, 4. *de Pon.*
Ambiguum nato dignior,an ne viro.
—Lacrimæ decuere pudicam, 2 *Faſt.*
Et facies animo dignaque parque fuit.
Nec facies impar nobilitate fuit? 4. *Faſt.*
Caſta quidem,ſed non eſt credita.—
Martia ſacrifico deductum nomen ab Anco, 6 *Faſt.*
In qua par facies nobilitate fuit.
Par animo quoque forma ſuo reſpondit in illa,

Et genus & facies ingeniumq́ue ſimul.
Nec quòd laudamus formam, tu turpe putaris,
Laudamus magnas hac quoque parte deas.
Nupta fuit quondam matertera Cæſaris illi,
O decus, ô ſacra fœmina digna domo.
Ad Liuiam: Fœmina digna illis quas aurea condidit ætas,
Principibus natis, principe digna viro.
14.*Met.* O & de Latio, ô & de gente Sabina
Præcipuum matrona decus; digniſſima tanti
Ante fuiſſe viri coniunx.—
7.*Met.* Mutua cura duos & amor ſocialis habebat,
Nec Iouis illa meo thalamos præferret amori,
Nec me quæ caperet, non ſi Venus ipſa veniret,
Vlla erat. æquales vrebant pectora flammæ.
1.*Triſt.* Nec probitate tua prior eſt aut Hectoris vxor,
Aut comes extincto Laodamia viro.
Tu ſi Mæonium vatem ſortita fuiſſes,
Penelopes eſſet fama ſecunda tuæ.
Hei mihi nō magnas quod habét mea carmi. vires
Noſtraq́ue ſunt meritis ora minora tuis.
Prima locum ſanctas Heroidas inter haberes,
Prima bonis animi conſpicerere tui. Vide
eam totā elegiam, quæ incipit, Nec tantū Clario.
3.*Triſt.* Coniugis ante oculos, ſicut præſentis, imago eſt:
Illa meos caſus ingrauat, illa leuat. (amorem,
Ingrauat hæc, quod abeſt: leuat hæc, quod præſtat
Impoſitumq́ue ſibi firma tuetur onus.
Propertius 4. Nec mea mutata eſt ætas, ſine crimine tota eſt:
Viximus inſignes inter vtramque fidem.
Mî natura dedit leges à ſanguine ductas,
Ne poſſim melior iudicis eſſe metu.

A BONIS CORPORIS.

A forma:

PVERORVM.

Lau-

Laudaret faciem liuor quoque. qualia namque *10. Met.*
Corpora nudorum tabula pinguntur Amorum,
Talis erat, ſed ne faciat diſcrimina cultus,
Aut huic adde leues, aut illis deme pharetras.
Spectat humi poſitus geminum ſua lumina ſidus, *3. Met.*
Et dignos Baccho digitos, & Apolline crines,
Impubesque genas, & eburnea colla, decusque
Oris, & in niueo miſtum candore ruborem.
Surgit Iuleo iuuenis cognomine dignus, *2 de Pon.*
Qualis ab Eois Lucifer ortus aquis.
Phryx puer in ſyluis facie ſpectabilis altis. *4. Faſt.*
—Ante alios Cææ pulcherrime gentis *10. Met.*
Gratus erat Cypariſſe tibi.— *8. Met.*
Talis erat cultus facies, quam dicere verè
Virgineam in puero, puerilem in virgine poſſes.
Cultus erat pueri, facies quam ſiue puellæ *9. Met.*
Siue dares puero, fieret formoſus vterque.
—Egregius forma, quam diuite cultu *5. Met.*
Augebat, bis adhuc octonis integer annis,
Indutus Tyriam chlamydem, quã limbus obibat
Aureus: ornabant aurata monilia collum,
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Cum ſatus eſt forma conſpiciendus Hyas. *5. Faſt.*
Tam mala Therſiten prohibebat forma latêre, *4. de Pon.*
Quàm pulchra Nireus conſpiciendus erat.
Barba erat incipiens, barbæ color aureus, aureaque *12. Met.*
Ex humeris medios coma dependebat in armos:
Gratus in ore vigor, ceruix humerusque manusq;
Pectoraque artificum laudatis proxima ſignis.

MVLIERVM.

—Altior illis
Ipſa dea eſt, colloque tenus ſupereminet omnes, *3. Met.*
Qui color infectis aduerſi ſolis ab ictu

Nubibus eſſe ſolet, aut purpureæ auroræ,
Is fuit in vultu viſæ ſine veſte Dianæ.

In Lean. Quantum cum radiis fulges argentea puris,
Concedunt flammis ſidera cuncta tuis:
Tanto formoſis formoſior omnibus illa eſt.

2 *Met.* Quanto ſplendidior quàm cetera ſidera fulget
Lucifer, & quanto quàm Lucifer aurea Phœbe:
Tanto virginibus præſtantior omnibus Herſe
Ibat, eratque decus pompæ comitumque ſuarum.

4. *Met.* Gentis odoriferæ quam formoſiſſima partu
Edidit Eurynome. ſed poſtquam filia creuit,
Quàm mater cunctas, tam matrem filia vicit.

2. *Met.* Quippe color niuis eſt, quam nec veſtigia duri
Calcauêre pedis, nec ſoluit aquaticus auſter.

In Acon. Tu facis hoc oculique tui, quibus ignea cedunt
Sidera, qui flammæ cauſa fuere meæ.
Hoc faciunt flaui crines, & eburnea ceruix,
Quæque precor veniant in mea colla manus.
Et decor, & vultus ſine ruſticitate pudentes,
Et Thetidis quales vix reor eſſe pedes.

A procis.

12. *Met.* Clara decôre fuit, proles Elateia Cænis
Theſſalidû virgo pulcherrima, perq; propinquas,
Perque tuas vrbes (tibi enim popularis Achille)
Multorum fruſtra votis optata procorum.

4. *Met.* —clariſſima forma,
Multorumque fuit ſpes inuidioſa procorum.

11. *Met.* —Quæ dotatiſſima forma
Mille procos habuit, bis ſeptem nubilis annis.

A cultu.

6 *Met.* Ecce venit magno diues Philomela paratu,
Diuitior forma. quales audire ſolemus
Naiadas & Dryadas mediis incedere ſyluis,
Si modò des illis cultus ſimileſque paratus.

Vt-

Vtq́ue domum intrauit Tyrios induta paratus. 3. *Faſt.*
Vtraque formoſa eſt,operoſæ cultibus ambæ, 2. *Amor*
Artibus in dubio eſt hæc ſit an illa prior.
Pulchrior hac illa eſt,hæc eſt quoq; pulchrior illa.
Ibat odoratis humeros perfuſa capillis 2. *Faſt.*
Mæonis,aurato conſpicienda ſinu.
—Conſedit medio ſublimis olympo, 5 *Faſt.*
Aurea purpureo conſpicienda ſinu.
Ecce venit comitum Niobe celeberrima turba, 6 *Met.*
Veſtibus intexto Phrygiis ſpectabilis auro.

VARIA.

Ecce venit rutilis humero protecta capillis 2. *Meta.*
Filia Centauri.—
—Nec in tota cõſpectior vlla capillis Pars fuit.— 4 *Met.*
Et te flaua comas frugum mitiſſima mater. — 6. *Met.*
Pulchrior in tota,quàm Laryſſæa Coronis, 2 *Met.*
Non fuit Aemonia.—
—Nec dicere poſſis 10. *Met.*
Laude pedum,formę ve bono præſtantior eſſet.
Pyramus & Thiſbe,iuuenum pulcherrimus alter, 4. *Met.*
Altera quas habuit oriens prælata puellis.
Inter Achæiadas longè pulcherrima matres. *In Briſei.*
Notiſſima forma Oechalidum Dryope.— 9. *Met.*
Inter Phæſtiadas quæ laudatiſſima formæ *Ibidem:*
Dote fuit virgo.—
Forma placet,niueuſq́ue color,flauiq́ue capilli, 2. *Faſt.*
Quiq́ue aderat nulla factus ab arte decor.
Cinctaq; adeſt virgo matrũq́ue nurũq́ue caterua, 12. *Met.*
Præſignis facie.—
Namque pater Tulli Vulcanus,Ocriſia mater 6. *Faſt.*
Præſignis facie Corniculana fuit.
Inter captiuas facie præſtante puellas, 3. *Faſt.*
Grata nimis Baccho filia regis erat.
Cognita Cyaneæ præſtanti corpore nympha. 9 *Met.*

Quan

Non oculi geminæ ſi dera noſtra faces.
Nec ſi qua Arabico lucet bombycet puella.
Eſt tibi forma potens,ſunt caſtæ Palladis artes,
Splendidaque à docto fama refulget auo. 3.
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
Qualis Apelleis eſt color in tabulis. 1.
Fulua coma eſt, longæq; manus,& maxima toto
Corpore.— 2.

A corpore.

—Membris & corpore Lattus
Maximus.— 12.*Met.*
Hîc hominum cunctis ingenti corpore præſtans
Iapetionides Atlas fuit.— 14 *Met.*
—Summis extantem Riphea ſyluis,
Tereaque,Hæmoniis qui prenſos montibus vrſos 12 *Met.*
Ferre domum viuos indignanteſque ſolebat.

A BONIS EXTERNIS.

Ab equitandi pugnandi'que peritia.

At gemini nondum cæleſtia ſidera fratres,
Ambo conſpicui,niue candidioribus ambo 8 *Met.*
Vectabantur equis: ambo vibrata per auras
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.
Tyndaridæ fratres,hic eques,ille pugil. 5 *Faſt.*
Tyndaridæ gemini præſtantes,ceſtibus alter: 8 *Met.*
Alter equo.—
Hoſtis equo pollens,longeque volante ſagitta 3 *Triſt.*
Et vel equo magnus,vel pede maior erat. 3 *Faſt.*
Qualis & Eurotæ Pollux & Caſtor harenis, *Prop.* 3.
Hic victor pugnis,ille futurus equis.
Idem eques & frenis,idem fuit aptus aratris. 4.

A generis nobilitate.

—Euander,qui quanquam clarus vtroque,
Nobilior ſacræ ſanguine matris erat. 1 *Faſt.*

No-

In Hero. Nobilis ille quidem eſt & clarus origine.—
3.de Pon. Quæ ſuperat Scythicas nobilitate nurus.
2.de Pon. Regia progenies, cui nobilitatis origo
Nomen in Eumolpi peruenit vſque, Coti.
Ibidem: O Coti progenies digna parente tuo.
4.de Pon. Alpinis iuuenis regibus orte.—
3.de Pon. O ſidus Fabiæ Maxime gentis.
4.de Pon. —Fabiæ laus maxima gentis.
12. Met. —Lapithææ gloria gentis
Maxime vir.—
2.de Pon. —Secli decus admirabile noſtri.
4.Triſt. Si quid id eſt, vſq; à proauis vetus ordinis hæres,
Non modò fortunæ munere factus eques.
4.de Pon. Seu genus excutias, equites ab origine prima
Vſque per innumeros inueniemur auos.
Tibull.4. —Paruæ magnum decus vrbis Vlyſſem.
Propertius 3. Mecœnas eques, Hetruſco de ſanguine regum.

A celebritate nominis.

8 Met. Sparſerat Argolicas nomen vaga fama per vrbes
Theſeos.—
2 Faſt. Nomen Arionium Siculas impleuerat vndas.
3.de Pon. Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora,
Nec fuit Euxinis notior alter aquis.
6 Faſt. Nomine quàm precio celebratior.—
3.Met. Ille per Aonias fama celeberrimus vrbes.
In Oeno. Pegacis Oenone Phrygiis celeberrima ſyluis.
5.Met. Inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas.
11.Met. Carmine vocali clarus, citharaq́ue Philammon.

A diuitiis.

4. Met. Mille greges illi, totidemq́ue armenta per herbas
Errabant, & humum vicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiante nitentes:
Ex auro ramos, ex auro poma tegebant.
5.Met. —Dorylas ditiſſimus agri,

Diues

Diues agri Dorylas, quo non poſſederat alter
Latius, aut totidem tollebat farris aceruos.
—Opum diues rex ibi Battus erat. *3. Faſt.*
Quem ſibi Pandion opibusque virisq; potentem, *6. Met.*
Et genus à magno ducentem forte Gradiuo,
Connubio Prognes iunxit.—

A variis rebus.

—Quæ de ſeptem totum circumſpicit orbem *1. Triſt.*
Montibus, imperij Roma deûmque locus.
—Tritonida conſpicit arcem, *2 Met.*
Ingeniisque opibusque, & facta pace virentem.
Gens fuit, & campis, & equis, & tuta ſagittis, *5. Faſt.*
Et circunfuſis inuia fluminibus.
Nec minor eſt Aſiæ, quàm veſtræ copia terræ: *In Parid.*
Illa viris diues, diues abundat equis.
Frigida Carſeolis, nec oliuis apta ferendis *4. Faſt.*
Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager.
Nam dubium poſitu melius defenſa, manu ve, *4 de Pon.*
Vrbs erat in ſummo nubibus æqua iugo.
Claſſe virisque potens.— *In Laod.*
—Qui quanquam milite, quanquam *7. Met.*
Claſſe valet.—
—Armis inſtructa, virisque. *In Paride*
—Sic magna fuit cenſuque viriſque. *15. Met.*
Septem vrbs alta iugis toto quæ præſidet orbi. *Prop. 3.*
Proxima ſuppoſito contingens Vmbria campo, *1.*
Me genuit, terris fertilis vberibus.
Armis apta magis tellus, quàm commoda noxæ. *3.*

CAP. II. VITVPERANDI.

Hominem.

Cacus Auentinæ timor atque infamia ſyluę, *1. Faſt.*
Non leue finitimis hoſpitibusque malum.
Dira viro facies, vires pro corpore, corpus
Grande.—

2 *Faſt.* Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna, vir iniuſtus.——
3 *Faſt.* ——Contemptor Amulius çqui.
8 *Met.* —— Deorum
Spretor erat, mentiſque ferox Ixione natus.
13 *Met.* —— Immitis, & ipſis
Horrendus ſyluis, & viſus ab hoſpite nullo
Impune, & magni cũ diis contemptor Olympi.
3 *Met.* Contemtor ſuperũm Pentheus.——
5 *Met.* Primus in his Phineus belli temerarius auctor.
8 *Met.* ——Pater huius erat, qui numina diuûm
Sperneret, & nullos aris adoleret honores.
1 *Meta.* ——Sed & illa propago,
Contemptrix ſuperûm, ſæuæque auidiſſima cędis,
Et violenta fuit.——
5 *Met.* ——Cæco genitore infamis Agyrtes.

Regionem.

1 *Triſt.* Barbara pars læua eſt, auidæ ſubſtructa rapinæ,
Quam cruor & cædes bellaque ſemper habent.
Cumque ſit hybernis agitatum fluctibus æquor,
Pectora ſunt ipſo turbidiora mari.
2 *de Pon.* Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe.
3 *de Pon.* ——Qua nulla feracior ora eſt.

Terram.

3 *Triſt.* Non hic pampinea dulcis latet vua ſub vmbra.
Nec cumulant altos feruida muſta lacus.
Poma negat regio, nec haberet Acontius, in quo
Scriberet hîc dominæ verba legenda ſuæ.
Aſpiceres nudos ſine fronde, ſine arbore campos.
1 *de Pon.* Non ager hic pomum, non dulces educat vuas,
Non ſalices ripa, robora monte virent.
3 *de Pon.* Non hic pampineis amicitur vitibus vlmus,
Nulla premunt ramos pondere poma ſuo.
1 *de Pon.* Nos habeat regio, nec pomis fœta, nec vuis.

Ra-

Rara,nec hæc felix, in apertis eminet aruis
Arbor.—— *3 de Pon.*

CAP. III.
OFFICII IN SE COLLATI COMMEMORATIO.

Vidi ego confuſos vultus,viſosq́ue notaui, *3 Triſt.*
Osq́ue madens fletu,pallidiusq́ue meo.
Et lacrimas cernens in ſingula verba cadentes,
Ore meo lacrimas,auribus illa bibi.
Brachiaq́ue excepi mæſto pendentia collo,
Et ſingultantis oſcula miſta ſonis.
Sum quoque Care tuis defenſus viribus abſens,
Scis Carum veri nominis eſſe loco.
Vidi ego te tali vultu mea fata gementem, *Ibidem.*
Qualem credibile eſt ore fuiſſe meo.
Noſtra tuas vidi lacrimas ſuper ora cadentes,
Tempore quos vno fidaq́ue verba bibi.
Nunc quoq; ſummotū ſtudio defendis amicum,
Et mala vix vlla parte leuanda leuas.
Illum ego non aliter flentem mea funera vidi, *1 de Pon.*
Ponendus quàm ſi frater in igne foret.
Hæſit in amplexu,conſolatusq́ue iacentem eſt,
Cumq́ue meis lacrimas miſcuit ipſe ſuas.
O quoties vitæ cuſtos inuiſus amaræ,
Continuit promptas in mea fata manus?
Attonitum qui me memini chariſſime primus *1.Triſt.*
Auſus es alloquio ſuſtinuiſſe tuo.
Qui mihi conſilium viuendi mite dediſti,
Cum foret in miſero pectore mortis amor.
Cumq́ue alij fugerent ſubitæ contagia cladis, *2 Triſt.*
Nec vellent ictæ limen adire domus.
Te ſibi cum paucis meminit manſiſſe fidelem,
Si paucos aliquis tres ve duos ve vocat.
Quamuis attonitus ſenſit tamen omnia,nec te

Se minus aduerſis indoluiſſe ſuis.
Verba ſolet, vultumque tuum, gemitusq; referre,
Et te flente ſuos demaduiſſe ſinus.
Quam ſibi præſtiteris, qua conſolatus amicum
Sis ope, ſolandus cum ſimul ipſe fores.
1 *Triſt.* Te mea ſuppoſita veluti trabe fulta ruina eſt:
Si quid adhuc ego ſum, muneris omne tui eſt.
Tu facis, vt ſpolium ne ſim, nec nuder ab illis,
Naufragij tabulas qui petiere mei.
5 *Triſt.* Cumque perhorreret caſus pars Maxima noſtros,
Pars etiam credi pertimuiſſe velit:
Naufragiumque meum tumulo ſpectaret ab alto,
Nec dederat nanti per freta ſæua manum:
Seminecem Stygia reuocaſti ſolus ab vnda:
Hoc quoq;, quod memores poſſum⁹ eſſe, tuū eſt.
2 *de Pon.* Firmus es, & quoniā non ſunt hæc qualia velles,
Vela regis quaſſæ qualiacunque ratis.
Quæque ita concuſſa eſt, vt iam caſura putetur,
Reſtat adhuc humeris fulta ruina tuis.
5 *Triſt.* Quippe mea eſt humeris fulta ruina tuis.
Qui mihi cùm dederis ingentia pignora, cumque
Per numeros omnes hoc tueare caput.
4. *Triſt.* Cuius ab alloquiis anima hæc moribūda reuixit,
Vt vigil infuſa Pallade flamma ſolet.
Qui veritus non es portus aperire fideles,
Fulmine percuſſæ confugiumque rati:
Cuius eram cenſu non me ſenſurus egentem,
Si Cæſar patrias eripuiſſet opes.
4. *de Pōt.* Te ſibi, cum fugeret, memori ſolet ore referre,
Barbariæ tutas exhibuiſſe vias.
Sanguine Biſtonium quòd nō tepefecerit enſem,
Effectum cura pectoris eſſe tui:
Addita præterea vitæ quoque multa tuendæ
Munera, ne proprias attenuaret opes.

Nun-

Nunquam pigra fuit noſtris tua gratia rebus, *Ibidem.*
Nec mihi munificas arca negauit opes:
Nunc quoque nil ſubitis clementia territa fatis,
Auxilium vitæ fertque refertque meæ.
Qui mihi præſidium grande futurus eras: *1. de Pon.*
Tecum tunc aberant ægræ ſolatia mentis,
Magnaque pars animi conſiliique mei:
At nūc quod ſupereſt, fer opē precor eminus vnā,
Alloquioque iuua pectora noſtra tuo.
Grande voco meritū lacrimas, quibus ora rigabas, *2 de Pon.*
Cum mea concreto ſicca dolore forent.
Grande voco meritum mæſtæ ſolatia mentis,
Cum pariter nobis illa tibique dares.
Nam cum præſtiteris verū mihi ſemper amorem, *4 de Pon.*
Hic tamen aduerſo tempore creuit amor.
Quique tuas pariter lacrimas noſtraſque videret,
Paſſuros pœnam crederet eſſe duos.
Te nihil exacto, niſi nos peccaſſe fatentem, *2. de pon.*
Sponte ſua probitas officiumque iuuat.
Iudice te mercede caret, per ſeque petenda eſt,
Externis virtus incomitata bonis.
Turpe putas abici, quia ſit miſerandus, amicum,
Quodque ſit infelix deſinere eſſe tuum.
Mitius eſt laſſo digitum ſupponere mento,
Mergere quàm liquidis ora natantis aquis.
Reſpicis antiquum lapſis in rebus amicum, *Ibidem:*
Fomentiſque iuuas vulnera noſtra tuis.
Tu quoque, enim memini, cœleſti cuſpide facta, *4 de Pon.*
Fouiſti lacrimis vulnera noſtra tuis.
Vnda locuſque nocent, & cauſſa valentior iſtis, *1 de pon.*
Anxietas animi, quæ mihi ſemper adeſt.
Hanc niſi tu pariter ſimili cum fratre leuares,
Vix mens triſtitiæ noſtra tuliſſet onus.
Vos eſtis fractæ tellus non dura faſelo,

Quamq́ue negant multi vos mihi fertis opem.
3 de Pon. Cumq́ue labent alij, iactataque vela relinquant:
Tu laceræ remanes ancora ſola rati.
2. de Pon. Rem facis, afflictum non auerſatus amicum,
Qua non eſt æuo rarior vlla tuo.
4 de Pon. Tempora nam miſeræ coplectar vt omnia vitæ,
A meritis eius pars mihi nulla vacat.

CAP. IIII.

OFFICIORVM SE MEMOREM PROMITTENDI.

5. Triſt. Pro quibus affirmat fore ſe memoréque piúque,
Siue diem videat, ſiue tegatur humo.
Per caput ipſe ſuum ſolitus iurare, tuumq́ue,
Quod ſcio non illi vilius eſſe ſuo.
Plena tot ac tantis referatur gratia factis,
Nec ſinet ille tuos litus arare boues.
4 de Pon. Semper inoblita repetam tua munera mente,
Et mea me tellus audiet eſſet tuum.
Audiet & cœlo poſita eſt quæcunque ſub vllo.
Ibidem: Pro quibus vt meritis referatur gratia, iurat
Se fore mancipium tempus in omne tuum.
3 Triſt. Quamuis in cinerem corpus mutauerit ignis,
Sentiet officium mæſta fauilla pium.
5. Triſt. Dumq́ue (quod ô breue ſit) lumen vitale videbo,
Seruiet officio ſpiritus iſte tuo.
4. de Pon. Si quid adhuc igitur viui Germanice noſtro
Reſtat in ingenio, ſeruiet omne tibi.
1. Triſt. Hei mihi, nō magnas ꝙ habēt mea carminæ vires,
Noſtraque ſunt meritis ora minora tuis.
Quantum cunq; tamē præconia noſtra valebunt
Carminibus viues tempus in omne meis.
2 de Pon. ——Quoniam laudem pietate mereris;
Non erit officij gratia ſurda tui.
Crede mihi, noſtrum ſi non mortale futurum eſt

Carmen, in ore frequens poſteritatis eris.
Vos etiam ſeri laudabunt ſæpe nepotes, *3 de Pon.*
Claraque erit ſcriptis gloria veſtra meis.
Da mihi, ſi quid ea eſt, hebetātem pectora lethen, *4 de pon.*
Oblitus potero non tamen eſſe tui.
Quæ pro te vt voueam, miti pietate mereris: *3. Triſt.*
Hæſuraque mihi tempus in omne fide.
Hæc mihi ſemper erunt imis infixa medullis, *1. Triſt.*
Perpetuuſque animi debitor huius ero.
Huic igitur meritas grates, vbicunque licebit, *In Ibin:*
Pro tam manſueto pectore ſemper agam.
Vt iam nil præſtes, animi ſum factus amici *4. de Pon.*
Debitor.—
—Veſtri non immemor vnquam, *Ibidem:*
Qui mala ſollicite noſtra leuatis, ero.
—Nec vnquam *14. Met.*
Eſſe ſatis potero, præſtem licet omnia, gratus.
Multa tibi memores, nil non debemus Eliſſę, *3 Faſt.*
Nomine grata tuo, grata ſororis eris.
—Nec verba locuti *14 Met.*
Vlla priora ſumus, quàm nos teſtantia gratos.
Non potuit mea mens, eſſet quin grata, teneri. *4. de Pon.*
—Nec ſi vis vera fateri *3. de Pon.*
Debetur meritis gratia nulla meis.
Debita ſit facto gratia nulla meo. *Ariad.*
Et talis meriti gratia maior erit. *2. de Pon.*
Accedit cumulus gratia noſtra leuis. *Ibid.*
Gratia pro rebus meritò debetur inemptis, *1 Amor.*

CAP. V.

PRIVS MORIAR.

Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras *1. Triſt.*
Ibit, & in tepido deſeret oſſa rogo,
Quàm ſubeant animo meritorum obliuia noſtro,
Et longa pietas excidat iſta die.

3 Triſt. Spiritus hic, Scythica quē nō bene ducimus aura,
Quod cupio, membris exeat antè meis:
Quam tua delicto ſtringantur pectora noſtro,
Et videar meritò vilior eſſe tibi.
In Med. Spiritus antè meus tenues vaneſcat in auras,
Quàm thalamo, niſi tu, nupta ſit vlla meo.
2 de Pon. Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras,
Quàm fiat meriti gratia vana tui.
In Ibin: Finiet illa dies, quæ te mihi ſubtrahet olim:
Finiet illa dies, quæ mihi tarda venit.
Et prius hanc animam nimium tibi ſæpe petitam,
Auferet illa dies, quæ mihi ſera venit:
Quàm dolor hic vnquā ſpacio euaneſcere poſſit,
Leniat aut odium tempus & hora meum.
3 de Pon. Tunc igitur meriti morietur gloria veſtri,
Cum cinis abſumpto corpore factus ero.
Fallor, & illa meæ ſuperabit tempora vitæ,
Si tamen à memori poſteritate legar.
Ibidem. Ipſe quidem Getico peream violatus ab arcu
Et ſit periuri quam prope pœna vides:
Te niſi momentis video penè omnibus abſens.
a. de pon. Nominis antè mei venient obliuia nobis,
Pectore quàm pietas ſit tua pulſa meo.
1 Amor. Antè vel à membris diuidar ipſe meis.
1 Triſt. Diuidor haud aliter, quàm ſi mea mēbra relinquā
Et pars abrumpi corpore viſa ſuo eſt.
5 Triſt. Hinc ego dum muter, vel me Zanclea Charybdis
Deuoret, atque ſuis ad Styga mittat aquis:
Vel rapidæ flammis vrar patienter in Aetnæ,
Vel freta Leucadij mittar in alta dei.
In Briſei. Deuorer antè precor ſubito telluris hiatu,
Et rutilo miſſi fulminis igne cremer.
In Hel. Terra precor vultus obruat antè meos.
2 de pon. Nam caput à noſtra citius ceruice recedat,

Et

Et patiar foſſis lumen abire genis.
Antè receſſiſſet caput hoc ceruice cruenta. *In Parid.*
—Priusq; Veniſſet mallem funeris hora mihi. *5.Triſt.*
Antè ait emoriar,quàm ſit tibi copia noſtri.
Nam citius paterer caput hoc diſcedere collo. *Prop.2*

CAP. VI.

ACCEPTAE CALAMITATIS.

Cum ſtetimus,turbæ quantū ſatis eſſet,habebas, *1 Triſt.*
Nota quidem,ſed non ambitioſa domus:
At ſimul impulſa eſt,omnes timuêre ruinam,
Cautaque communi terga dedêre fugæ.
Cùm cœpit quaſſata domus ſubſidere,partes *2 Triſt.*
In proclinatas omne recumbit onus.
Cunctaq; fortuna rimam faciente dehiſcunt,
Ipſa ſuo quædam pondere tracta ruunt.
Cùm domus ingenti ſubitò mea lapſa ruina, *1 de Pon.*
Concidit,in domini procubuitque caput.
Affuit ille mihi,cum me pars magna reliquit,
Maxime,fortunæ nec fuit ille comes.
Corruit hæc igitur,Muſis accepta ſub vno, *2 Triſt.*
Sed non exiguo crimine,lapſa domus.

CAP. VII.

IMPLORANDI AVXILII.

Regia,crede mihi,res eſt ſuccurrere lapſis. *2.de Pon.*
At tu per ſtudij communia fœdera ſacri, *4 de Pon.*
Per non vile tibi nomen amicitiæ.
Quanta potes præbe noſtræ monumenta ſaluti.
Effice conſtanti profugum pietate tuendo, *Ibidem.*
Ne ſperata meam deſerat aura ratem.
Conſtantique fide veterem tueare ſodalem, *2 de pōt.*
Quâ licet,& quantum non onerosus ero.
Tu quoque magnorum laudes admitte virorum: *Ibidem:*
Vtque facis,lapſo,quam potes,affer opem.
Quamq; potes, profugo(nā potes) affer opem. *Ibidem*

1.Triſt. Quâ potes excuſa, nec amici deſere cauſſam,
Quo pede cœpiſti, ſic bene ſemper eas.
3.de Pon. At tua ſupplicibus domus eſt aſſueta iuuandis,
In quorum numero me precor eſſe velis.
2.de Pon. Cœpta tene quæſo, nec in æquore deſere nauem,
Meque ſimul ſerua iudiciumque tuum.
4.de Pon. Tu modò ſi quid agi ſperabis poſſe precando,
Quos colis exora ſupplice voce deos.
2.de Pon. Excipe naufragium non duro litore noſtrum.
4 de Pon. Quamlibet exigua, ſi nos ea iuuerit, aura,
Obruta de mediis cymba reſurget aquis.
3 de Pon. Sed tamen hoc factis adiunge prioribus vnum.
Ibidem: —Lapſo ſuccurrere amico
Conueniens iſtis moribus eſſe puta.

CAP. VIII.

IN HOMINEM ASPERVM, ET IMMITEM.

1 Triſt. Non ego te genitum placida reor vrbe Quirini:
Vrbe, meo quæ iam non adeunda pede eſt:
Sed ſcopulis Ponti, quos hæc habet ora, ſiniſtri,
Inque feris Scythiæ Sarmaticisque iugis.
Et tua ſunt ſilicis circum præcordia venæ,
Et rigidum ferri ſemina pectus habet.
Quæque tibi quondam tenero ducenda palato
Plena dedit nutrix vbera, Tygris erat.
8.Met. Non genetrix Europa tibi eſt, ſed inhoſpita Syrtis
Armeniæ tygres, auſtroque agitata Charybdis.
Nec Ioue tu natus, nec mater imagine tauri
Luſa tua eſt, generis falſa eſt ea fabula: verùm
Et ferus, & captus nullius amore iuuencæ,
Qui te progenuit, taurus fuit.
In Did. Te lapis, & montes, innataque rupibus altis
Robora, te ſæuæ progenuêre feræ:
Aut mare, quale vides agitari nunc quoq; ventis.
—Au-

—Auctores ſaxa fretumque tui. *Ariad.*
Natus es è ſcopulis, nutritus lacte ferino, *3. Triſt.*
Et dicam ſilices pectus habere tuum.
Hoc ego ſi patiar, tum me de tygride natam, *7. Met.*
Tum ferrũ & ſcopulos geſtare in corde fatebor.
—Neque enim de Tygride natus, *9. Met.*
Nec rigidos ſilices ſolidum ve in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille leænæ.
Ille habet & ſilices, & durum in pectore ferrum, *3. Amor.*
Qui tenero lacrimas lætus in ore videt.
Et quos tu ſilices, & quod cariſſime ferrum, *4 de Pon.*
Duriciæ confers Albinouane meæ?
Nec ſilicum venæ, nec durum in pectore ferrum, *1. Amor*
Sed tibi ſimplicitas ordine maior ineſt.
Duricia vt ferrum ſuperes, adamantaque teque. *In Phyll.*
Vt te non regeres, pectore tutus eras. *Ariad.*
Illuc tu ſilices, illuc adamanta tuliſti,
Illic qui ſilices Theſea vincat, habes.
Sæuior illa freto ſurgente, cadentibus hœdis, *13 Met.*
Durior & ferro eſt, quod Noricus excoquit ignis,
Ex ſaxo, quod adhuc viuum radice tenetur.
Sis licet immitis, matriſque ferocior vndis. *In Briſ.*
Aſperior quouis æquore frater erit. *3. Faſt.*
—O ſcopulis vndaque ferocior. *In Sapp.*
—Vtinam mutabilis eſſes: *In Did.*
Et niſi duricia robora vincis, eris.
—Eris tauro ſæuiot ipſa truci? *In Phæd.*
Vt ferus eſt, multoque ſuis truculentior euris. *In Can.*
Sæuior es triſti Buſyride, ſeuior illo *3. Triſt.*
Qui falſum lento torruit igne bouem.
Quique bouem Siculo fertur donaſſe tyranno.
Nec miſeram lenta ferreus vre mora. *In Briſ.*
—Dabit victas ferreus ille manus. *In Phæd.*
Quæ niſi te moueant, duro tibi pectora ferro *4. de Pon.*

Eſſe,vel inuicto clauſa adamante putem.

4 Met. Carceris ante fores clauſas adamante ſedebant.

7. Met. Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
Aeripedes tauri.—

Tibull. 2 Nam te nec vaſti genuerunt æquora ponti,
Nec flammam voluens ore Chimæra fero.
Nec canis anguinea redimitus terga caterua,
Cui tres ſunt linguæ,tergeminumq́ue caput.
Scyllaq́ue virgineam canibus ſubnixa figuram,
Nec te conceptam ſæua leæna tulit.
Barbara nec Scythiæ tellus,horrenda ue Syrtis.

1. —Non tua ſunt duro præcordia ferro
Vincta,nec in tenero ſtat tibi corde ſilex.

Ibidem. Ah lapis eſt ferrumq́ue,ſuam quicunque puellam
Verberat,è cælo diripit ille deos.

2. Ferreus eſt eheu,quiſquis in vrbe manet.

1. Quàm ferus,& verè ferreus ille fuit.

Proper. 1. Sit licet & ſaxo patientior illa Sicano,
Sit licet & ferro durior,& chalibe.

Ibidem: Illis & ſilices & poſſunt cedere quercus,
Ne dum tu poſſis ſpiritus iſte leuis.

CAP. IX.

TREMORIS.

In Cana. Vt mare fit tremulum tenui cùm ſtringitur aura,
Vt quatitur tepido fraxina virga Noto:
Sic mea vibrari pallentia membra videres,
Quaſſus ab impoſito corpore lectus erat.

1 Amor. Exanimes artus & membra trementia vidi,
Vt cùm populeas ventilat aura comas.
Vtq́ue leui Zephyro graciles vibrantur ariſtæ,
Summa ue cum tepido ſtringitur vnda Noto.

In Hyp. Vtq́ue leui Zephyro graciles vibrantur ariſtæ,
Frigida populeas vt quatit aura comas:
Aut ſic,aut etiam tremui magis.—

Hor-

Horruit, vt ſteriles, agitat quas ventus, ariſtæ: *1 de Art.*
Vt leuis in madida canna palude tremit.
Corpus, vt impulſæ ſegetes Aquilonibus, horret. *Ariad.*
Effluxêre vndæ manibus, ſanguisque reliquit *3. Met.*
Corpus, & attonitos ſubitꝰ tremor occupat artus.
Cor pauet admonitu temeratæ ſanguine noctis, *In Hyper.*
Et ſubitus dextræ præpedit oſſa tremor.
Attoniti micuêre ſinus, gelidusque cucurrit, *In Oen.*
Vt mihi narraſti, dura per oſſa, tremor.
Me tremor inuaſit, ſtabã ſine ſanguine mæſtus. *14. Met.*
Terreor admonitu, corque tremore micat. *3 Faſt.*
—pauida trepidat formidine pectus. *2. Met.*
Pulſantur trepidi corde micante ſinus. *3 de Art.*
—Quin nunc quoque frigidus artus, *9 Met.*
Dum loquor, horror habet.
—Me luridus occupat horror. *14. Met.*
Rex pauet, & vulgi pectora terror habet. *2. Faſt.*
—Pauor occupat illum, *1. Met.*
Ante oculosque natant tenebræ.
—Gelidos nutricis in artus, *10. Met.*
Oſſaque, ſenſit enim, penetrat tremor, albaq; toto
Vertice canicies rigidis ſtetit hirta capillis.
Extimui, ſenſique metu riguiſſe capillos, *12 Faſt.*
Et gelidum ſubito frigore pectus erat.
Corda micant regis, totoque è corpore ſanguis *3 Faſt.*
Fugit, & hirſutæ diriguêre comæ.
Obſtupui, gelidusque comas erexerat horror. *In Paride*
—Pauido mihi membra timore. *7 Met.*
Horruerant ſtabantque comæ.
Pectora ſint nobis niuibus glacieque licebit, *3 de Pon.*
Atque hoc quem patior frigidiora loco.
Frigidius glacie pectus amantis erat. *In Penel.*
Frigidior glacie, ſemianimisque fui. *Ariad.*
—Palles audita Bybli repulſa, *9 Met.*

Et pauet obſeſſum glaciali frigore corpus.

In Hyp. Sanguis abit, mentemque calor corpusq; reliquit,
Inque nouo iacui frigida facta toro.

10. Met. Poplite ſucciduo genua intremuêre, fugitque
Et color & ſanguis, animusque reliquit euntem.

14. Met. —Stabam ſine ſanguine mæſtus.

In Deian Mens fugit admonitu, frigusq; perambulat artus,
Et iacet in gremio languida facta manus.

In Med. Pertimui, nec adhuc tantum ſcelus eſſe putabam,
Sed tamen in toto pectore frigus erat.

In Sapp. Aſtrictum gelido pectore frigus erat.

2 Faſt —Gelidum pectora frigus habet.

In Her. Neſcio quæ pauidum frigora pectus habent.

1 de Art Nullus in exanimi corpore ſanguis erat.

5. Met. Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus.

In Briſ. —Abiit corpusque colorque.

Ibidem: Hic mihi væ miſeræ concutit oſſa metus.

In Penel. Vſque metu micuere ſinus—

CAP. X.

PALLORIS.

3 de Art. Palluit, vt ſeræ lectis de vite racemis
Palleſcunt frondes, quas noua læſit hyems.
Quæque ſuos curuant matura Cydonia ramos,
Cornaque adhuc noſtris non ſatis apta cibis.

3. Triſt. Quique per autumnum percuſſis frigore primo
Eſt color in foliis, quæ noua læſit hyems:
Is mea membra tenet.—

6 Faſt. —Color oris erat, qui frondibus olim
Eſſe ſolet ſeris, quas noua læſit hyems.

11. Met. —Cui protinus intima frigus
Oſſa receperunt, buxoque ſimillimus ora
Pallor obit, lachrimiſque genæ maduêre profuſis.

4. Met. —Oraque buxo
Pallidiora gerens exhorruit.—

Mem-

Membraque ſunt cera pallidiora noua. *1.de Pon.*
Horrueram,tacitoque animum pallore fatebar. *6 Faſt.*
Horruit infelix,totoque expalluit ore. *6 Met*
—Illa timore *2.Faſt.*
Pallet,& hoſtiles credit adeſſe manus.
Diriguêre oculi,calidusque è corpore ſanguis *14.Met.*
Inducto pallore fugit. —

CAP. XI.

PLANCTVS.

Immemores decoris liuentia pectora tundunt: *8.Met.*
Dumque manet corpus,corpus refouētq; fouētq;
Oſcula dant ipſi,poſito dant oſcula lecto
Poſt cinerem, cineres hauſtos ad pectora preſſant,
Effuſæque iacent tumulo,ſignataque ſaxo
Nomina cõplexæ,lacrimas in nomina fundunt.
Alta iacet Calydon, lugent iuuenesque ſenesque, *Ibidem:*
Vulgusque proceresque gemunt,ſciſſæq; capillos
Plangunt ora ſimul matres Calydonides: Oeneus
Puluere caniciem genitor, vultusque ſeniles
Fœdat, humi fuſus,ſpacioſumque increpat æuũ.
Nec ſatis eſt Nymphæ,flere & lacerare capillos, *14.*
Et dare plangorem:facit hæc tamen omnia, ſeque
Proripit,ac latos errat veſana per agros.
Sex illam noctes,totidem redeuntia ſolis
Lumina viderunt inopem ſomnique cibique,
Per iuga,per valles,quà ſors ducebat,euntem.
Mox vbi mens rediit,paſſos laniata capillos, *6.*
Lugenti ſimilis,cæſis plangore lacertis.
Poſtquàm ſe dolor imminuit , nec pectora plãgi, *In Sapph.*
Nec puduit ſciſſis exululare comis.
Sæua tamen ſcindens inimico pollice crinem. *3.Amor.*
—Et cæſæ pectora palmis, *2. Met.*
Non auditurum miſeras Phaethonta querelas
Nocte dieque vocant, adſternunturq; ſepulcro.
—Dum

4.*Met.* —Dum ſolito tentat plangore ferire
Pectora.—
1.*Triſt.* Tunc verò exoritur clamor,gemituſq; meorum,
Et feriunt mæſtæ pectora nuda manus.
4*Faſt.* —Montes vlulatibus implent,
Et feriunt mæſta pectora nuda manu.
3.*Faſt.* Et ferit attonita pectora nuda manu.
3.*Triſt.* Ecquid vbi audieris tota turbabere mente,
Et feries pauida pectora fida manu.
11.*Met.* Percutit ora manu,laniatque à pectore veſtes,
Pectoraque ipſa ferit,nec crines ſoluere curat,
Scindit.—
3.*Amor.* Aſpice demiſſis vt eat miſerabilis alis,
Pectoraque infeſta tundat aperta manu.
Ibidem: Pectoraque inſana tundis aperta manu.
3.*Met.* Sicut erant nudæ,viſo ſua pectora nymphæ
Percuſſere viro,ſubitiſque vlulatibus omne
Impleuêre nemus.—
10*Met.* Deſiliit,pariterque ſinum,pariterque capillos
Rupit,& indignis percuſſit pectora palmis.
5.*Met.* —Inornatos laniauit diua capillos,
Et repetita ſuis percuſſit pectora palmis.
15.*Met.* Tum verò Cytherea manu percuſſit vtraque
Pectus.—
Ariad. Protinus adductis ſonuerunt pectora palmis,
Vtque erat è ſomno turbida rapta coma eſt.
9 *Met.* —Tum verò à pectore veſtem
Diripuit,planxitque ſuos furibunda lacertos,
3. *Met.* Cumque ſuos manibus percuſſerat ille lacertos.
In Oen. Tunc verò rupique ſinus,& pectora planxi,
Et ſecui madidas vngue rigente genas.
In Can. —Tunc demum pectora planxi,
Contigit inque meas vnguibus ire genas.
3*de Art.* —Indignas ſauciat vngue genas.

Tu-

Tuta nec à digitis ora fuêre meis. *In Med.*
Oraque ſunt digitis liuida facta meis. *In Acōt.*
Oraque ſunt d gitis aſpera facta mei'. *In Oen.*
Vt redit animus, tenues à pectore veſtes *3 de Art.*
Rumpit.——
——Cadmeida palmis *4. Met.*
Deplanxêre domum, ſciſſis cum veſte capillis.
Protinus exilui, tunicisque à pectore ruptis: *In Hypſip*
Viuit, an (exclamo) me quoque fata trahunt?
——Spacio conclamat eodem, *10 Met.*
Seque ferit, ſcinditque ſinus.

CAP. XII.

SVBITI PAVORIS.

Laurea delapſa eſt audito crimine amantis, *2. Met.*
Et pariter vultusque deo; plectrumque, colorque
Excidit.——
——Pauet illa, metuque *4 Meta*
Et colus, & fuſi digitis cecidêre remiſſis.
Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat *Ibidem.*
Excidit.——
——Cecidere illis animique, manusque *7 Met.*
Pocula mî digitos inter cecidere remiſſos. *Prop. 4.*
Palluerantque ipſo labra ſoluta mero.
Dum ſtupeo viſis, nam pocula fortè tenebam, *In Parid.*
Excidit è digitis tortilis anſa meis.

CAP. XIII.

OBMVTESCENTIS.

——Obmutuit illa dolore, *13 Met.*
Et pariter vocem, lacrimasque introrſus obortas
Deuorat ipſe dolor, duroque ſimillima ſaxo
Torpet.
Nec ſpacium nec mens fuerat ſatis apta parandi: *1 Triſt.*
Torpuerant longa pectora noſtra mora.
——Tunc denique fleui. *Ariad.*

Tor-

Torpuerant molles antè dolore genæ.

5. Met. —Ad auditas ſtupuit ceu ſaxea voces,
Attonitæque diu ſimilis fuit.—

2 Faſt. Illa nihil: neque enim vocem vireſque loquendi.
Aut aliquid toto pectore mentis habet.

6. Met. Ipſa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat.—

In Cana. Torpuerat gelido lingua retenta metu.

1. Amor —Pauido lingua retenta metu.

6 Met. Altera ſolari miſeram conataparentem,
Conticuit ſubitò.—

1. Faſt. Subſtitit in medio præſcia lingua ſono.

In Phad. Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæſit
Lingua, ter in pauido deſtitit ore ſonus.

5. Faſt. Ter volui promittere opem, ter lingua retenta eſt.

2 Faſt. Ter conata loqui, ter deſtitit, auſaque quarto.

4 Faſt. Attoniti monſtro ſtantque pauentque viri.

Ariad. —In ſaxo frigida ſedi,
Quamque lapis ſedes, tam lapis ipſa fui.

CAP. XIIII.

EXANIMATIONIS.

In Laod. Lux quoque tecũ abiit, tenebris exanguis obortis
Succiduo dicor procubuiſſe genu.
Vix ſocer Iphiclus, vix me grandæuus Acaſtus;
Vix mater gelida mæſta refecit aqua.

1. Triſt. Illa dolore amens tenebris narratur obortis,
Semianimis media procubuiſſe domo.

7 Met. —Subito collapſa dolore,
Vt mihi narratur, cecidit, longoque refecta
Tempore, ſe miſeram, ſe fati dixit iniqui.

6. Faſt. Et pauidas poſito procubuiſſe genu.

In Phil. Linquor, & ancillis excipienda cado.

3 de Art. Procris vt accepit nomen quaſi pellicis Auræ,
Excidit, & ſubito muta dolore fuit.

Ex

xcidit illa metu, rupitque nouiſſima verba. *1 de Art.*
Excidit, & miſeræ voxque colorque fugit. *2 de Art.*
Et color, & Theſeus, & vox abiere puellæ. *1 de Art.*
Nox oculis pauido venit oborta metu. *2 de Art.*
Ille diu pauidus pariter cum mente colorem
Perdiderat, gelidoque comæ terrore rigebant. *3. Met.*
Tum verò mæſtam tota Miletida mente
Defeciſſe ferunt. *9 Met.*
Pars laniat crines: pars ſine mente ſedet: *1 de Art.*
Altera mæſta ſilet.——
Non ſecus indoluit, quàm ſi modò rapta fuiſſet *4. Faſt.*
Mœſta parens. longa vixque refecta mora eſt.
——Triſtique miſerrima tandem *11. Met.*
Ore Vale dixit, collapſaque corpore toto eſt.
Mens abit, & morior: quoties peccaſſe fateris, *3 Amor.*
Perque meos artus frigida gutta fluit.
Mens abit, & morior, quoties pugnantis imago *2. Faſt.*
Me ſubit.——
Et lachrimæ deerant oculis, & verba palato. *In Sapph.*
Attonitæ flebant demiſſo crine miniſtræ, *6. Faſt.*
Abſtulerat vires corporis ipſe timor.
Sanguinis atque animi pectus inane fuit. *In Briſei.*
Non aliter ſtupui, quàm qui Iouis ignibus ictus *1. Triſt.*
Viuit, & eſt vitæ neſcius ipſe ſuæ.

CAP. XV.

AD SE REDEVNDI.

Mens tamen vt rediit, pariter rediêre furores. *9. Met.*
Vt rediit animus, pariter rediêre dolores. *In Laod.*
Vt tamen hanc animi nubē dolor ipſe remouit, *1 Triſt.*
Et tandem ſenſus conualuere mei.
Vtque reſurrexit fœdatis puluere turpi *Ibidem.*
Crinibus, & gelida membra leuauit humo.
Vt patuit miſeræ iucundus nominis error, *3 de Art.*
Et mens, & rediit verus in ora calor.

CAP. XVI.

IRRITI CONATVS.

4 de Pon. Quis vel Ariſtæo, quis Baccho vina falerna,
Triptolemo fruges, poma det Alcinoo?
2 Amor. Quid folia arboribus? quid pleno ſidera cælo?
In freta collectas alta quid addis aquas?
5. Triſt. —In littus harenas
In ſegetem ſpicas, in mare fundat aquas.
3 Amor. In flammam flammas, in mare fundis aquas.
3 de Art. Quis ue cauum vaſtas in mare ſeruet aquas?
4 de Pon. Mittere ad hunc carmen frondes erat addere
ſiluis.
1 de Pon. —Niſi Lychus in Hebrum
Confluat, & frondes Alpibus addat Athos.
5. Triſt. Nec frondem in ſiluis, nec aperto mollia prato
Gramina, nec pleno flumine cernit aquas.
1 de Art. —Laturas poma myricas
Speret, & è medio flumine mella petat.
In Helen. Quid bibulum curuo proſcindere litus aratro,
Spemq́ue ſequi coner quam locus ipſe negat?
In Oen. Quid facis Oenone? quid arenæ ſemina mandas?
Non profecturis litora bobus aras?
4. de Pon. Sed ſiccum ſterili vomere litus aro.
In Leãd. Velle quid eſt aliud fugientia prendere poma,
Spemq́ue ſuo refugi fluminis ore ſequi?
2 Amor. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus.—
9. Met. —Mediis ſitiemus in vndis.
Propert. Inſanus medio flumine quæris aquam.

CAP. XVII.

IRRITI VOTI AVT SERMONIS.

1 Amor. Hæc ſi præſtiteris, vſu mihi cognita longo,
Nec tulerint voces ventus & aura meas.
2 Amor. Irritaque, vt viſum eſt, ventus & vnda ferunt.

Cun-

Cuncta ne in æquoreos abierunt irrita ventos? 1. *Triſt.*
Cuncta ne Lethæis merſa feruntur aquis?
Quæ tibi ſunt facienda tamẽ,cognoſce:nec Euris 1 *Amor.*
Da mea,nec tepidis verba ferenda Notis.
Tu dea,tu iubeas animi periuria noſtri, 2. *Amor*
Carpathium tepidos per mare ferre Notos.
Talia periuri promiſſáque veláque Theſeî; 1. *Amor*
Fleuit præcipites Creſſa tuliſſe Notos.
Vota procelloſo per mare rapta Noto. 2. *Amor.*
Et iubet Aeolios irrita ferre Notos. 1 *de Art.*
Abſtulerint celeres improba verba Noti. 5 *Faſt.*
Irrita cùm velis verba tulere Noti. 1 *de Rem.*
Ergo iidem venti,ne cauſa lædar in vna, 1 *Triſt.*
Veláque neſcio quò,votáque noſtra ferunt.
Atque iidem venti verba fidémque ferent. *In Did.*
—An inania venti 8 *Met.*
Verba ferunt,iidemque tuas ingrate carinas?
—An ſomnus,qui te malè præbet amanti, 1 *Amo.*
Verba dat in ventos aure repulſa tua?
Terribiliſque Notus iactat mea verba,preceſque 1. *Triſt.*
Ad quos mittuntur,non ſinit ire deos.
Fac meus in ventos hic timor omnis eat. *In Laod.*
Nec mea dicta rapax per mare ventus agat. 1 *de Art.*
—Zephyri verba caduca ferunt. *In Sapph.*
—Cum ventis noſter abibit amor. *In Hel.*
At ſi vana ferunt volucres mea verba procellæ. 2 *Amor.*
In vacuas auras verba timentis eant. 3 *Amor.*
Iſta ſed æthereas vaneſcant dicta per auras. 2 *Amor.*
Fallar,& hoc crimen tenues vaneſcat in auras. *In Penel.*
Hæc Deus in melius crudelia ſomnia vertat, *Tibull.* 3.
Et iubeat tepidos irrita ferre Notos.
Hæc mihi fingebã , quæ nunc Cauruſq; Notuſq; 1.
Iactat odoratos vota per Armenios.
—Venti temeraria vota, 3.

Aeriæ & nubes diripienda ferant.
3. Et quodcũq; mali eſt,& quicquid triſte timemus,
In pelagus rapidis euehat amnis aquis.
2. —Sed tu iam mitis Apollo,
Prodigia indomitis merge ſub æquoribus.
1. —At deus illa
In cinerem,& liquidas munera vertat aquas.
Proper-tius 2. Hoc perdit miſeras,hoc perdidit antè puellas:
Quicquid iurarunt,ventus & vnda rapit.
4. —Cuius fallacia verba
Non audituri diripuêre Noti.
1. At mea nocturno verba cadunt Zephyro.
2. Hęc videam rapidas in vanum ferre procellas,
Quæ tibi terra velim,quæ tibi fiet aqua.

CAP. XVIII.

PVDORIS.

2 Amor. Conſcia purpureus venit in ora pudor.
Quale coloratum Tithoni coniuge cælum
Subrubet,aut ſponſo viſa puella nouo.
Quale roſæ fulgent inter ſua lilia miſtæ,
Aut vbi cantatis luna laborat equis.
Aut quod ne longis flaueſcere pôſſit ab annis,
Mæonis Aſſyrium fœmina tinxit ebur.
3 Amor. Candida candorem roſeo ſuffuſa pudore
Antè fuit,niueo lucet in ore rubor.
In Acon. Quid pudor ora ſubit?nam,ſicut in æde Dianę,
Suſpicor ingenuas erubuiſſe genas.
In Cydippe: —Confuſa pudore
Senſi me totis erubuiſſe genis.
2. Faſt. —Fleuit,
Et matronales erubuêre genæ.
7 Met. Et rubuêre genæ,totoque recanduit ore.
In Cana. Erubui,gremioque pudor deiecit ocellos.
In Phæd. Flaua verecundus tinxerat ora rubor.

Sed tamen erubuit, ſubituſque inuita notauit *6.Met.*
Ora rubor.——

——Pueri rubor ora notauit. *4.Met.*

——Oraque dextra *1 Amor.*
Protegit, ingenuas picta rubore genas.
Auertis vultus, & ſubit ora rubor. *4.Triſt.*
Illa verecundo vix tollens lumina vultu. *14. Met.*
Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore. *1. Met.*
Sæpe ſuum, feruens oculis, dabat ira ruborem. *8 Met.*
Purpureus molli fiat in ore rubor. *4.Triſt.*
Vt iuueni primùm virgo deducta marito, *Tibull. 3*
Inficitur teneras ore rubente genas.
Virgineo teneras ſtat pudor ante genas. *1.*

CAP. XIX.

RVMORIS VEL NVNCII.

——Scribenti nuncia venit *In Deian.*
Fama.——
Famaque tam longè non niſi parua venit. *4.Triſt.*
Hæc quoq; quã referã noſtras peruenit ad aures *3 Faſt.*
Fama, nec à veri diffidet illa fide.
Fama Pelaſgiadas ſubitò peruenit ad vrbes *In Deian.*
Decolor, & factis inficianda tuis.
Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures. *5. Met.*
Fama loquax veſtras, ſi iam peruenit ad aures. *2 de Pon.*
——Ecquid ad aures *8. Met.*
Perueniunt mea dicta tuas.——
Nomine ſi qua ſuo tandem peruenit ad aures *9 Met.*
Deianira tuas.
——Si fortè magis peruenit ad aures *7. Met.*
Orithya tuas.
——Simul inuitas crimen peruenit ad aures. *2 de Art.*
Nec quicquã ad noſtras peruenit acerbius aures. *1. de Pon.*
——Fama loquax præceſſit ad aures *9. Met.*
Deianira tuas.

Ibidem: Fama noui centum Cretæas forſitan vrbes
Impleſſet monſtri.

4 de Pon. —Læto pontum rumore repleuit.

15. Met. Fando aliquem Hippolytũ veſtras quoq; cõtigit aures.

In Briſ. Quod ſcelus vt pauidas miſerę mihi cõtigit aure.

1. Met. Contigerat noſtras infamia temporis aures.

6. Faſt. Rumor, vt eſt velox, agitatis peruolat alis,

6. Met. —Phrygiæque per oppida facti
Rumor it, & magnũ ſermonibus occupat orbem.

2. de Pon. Cum tibi quærenti, num verus nuntius eſſet,
Attulerat culpæ quem mala fama meæ.

11 Met. —Non hæc tibi nunciat auctor
Ambiguus, non iſta vagis rumoribus audis.

His autem verbis ferè vtitur Poëta.

Perferre.

2. de Pon. Verbaq; noſtra faues Romana ad numina perfer.

Deferre.

3. de Pon. Coniugis ad timidas aliquis malè ſedulus aures,
Auditos memori detulit ore ſonos.

Referre.

3. Triſt. Quiſquis is eſt, memori rumorem voce referre,
Et fieri famæ parsque gradusque poteſt.

In Deian Vna recens crimen referetur adultera nobis.

Properti. —Narranti noli committere famæ:
Et terram rumor tranſilit, & maria.

CAP. XX.

OPTANDI.

In Penel. Dij precor hoc iubeant.—

In Phyll. Dij faciant laudis ſumma ſit iſta tuæ.

1. Triſt. Dij tibi ſint faciles, & opis nullius egentem
Fortunam præſtent, diſſimilemque meæ.

5. Triſt. Proſpera ſic vobis maneat fortuna, nec vnquam
Contactu ſimili fortè rogetis idem.

Pro

Pro quibus optandi ſi nobis copia fiat, *1. de Pon.*
Tam bene pro merito commoda mille precer.
Pro quibus, vt maneas, de quo cenſeris amicus *Ibidem:*
Comprecor ad vitæ tempora ſumma tuæ.
—Valeas anus optima dixi: *6 Faſt.*
Quod ſupereſt, æui molle ſit omne tui.
Vera precor fiant timidæ præſagia mentis. *2. de Pon.*
Hæc mihi quàm primum cælo nitidiſſimus alto, *2 Amor.*
Lucifer admiſſo tempora portet equo.
Hoc vtinam nitidi ſolis prænuncius, ortus *3 Triſt.*
Afferat admiſſo Lucifer albus equo.
Memnonis hanc vtinam lenito Cæſare mater, *1. de Pon.*
Quam primùm roſeo prouocet ore diem.
Hunc aurora diem ſpectacula tanta ferentem, *Ad Liu.*
Quam primum croceis roſcida portet equis.
Hoc precor, hunc illum nobis aurora nitentem *Tibull. 1*
Luciferum, roſeis candida portet equis.

CAP. XXI.

OPTANDI LONGAEVITATEM.

At tu, qui ſuperes, mæſtæ ſolatia matri; *Ad Liu.*
Comprecor illi ipſi conſpiciare ſenex,
Perque annos diuturnus eas fratriſque, tuoſque,
Et viuat nato cum ſene mater anus.
Sic ſuperent, quoſcunque tua de gente reportas, *In Did.*
Mars ferus & damni ſit modus ille tui:
Aſcaniuſque ſuos feliciter impleat annos,
Et ſenis Anchiſę molliter oſſa cubent.
Soſpite ſic te ſit natus quoque ſoſpes, & olim *2 Triſt.*
Imperium regat hoc cum ſeniore ſenex.
Sit ſuperis, opto, mutua cura tui. *2. Faſt.*
Dent tibi cæleſtes, quos tu cæleſtibus, annos,
Proque tua maneât in ſtatione domo.
Eſt mihi, ſitque precor noſtris diuturnior annis, *6 Faſt.*
Filia, qua felix ſoſpite ſemper ero.

1 Triſt. Detur inoffenſæ vitæ tibi tangere metam.
2.de Pon. Dij tibi dent annos: à te nam cetera ſumes,
Sint modò virtuti tempora longa tuæ.
In Briſei. —Sic omnes Peleus pater impleat annos,
Sic eat auſpiciis Pyrrhus ad arma tuis.
1 Faſt. Augeat imperium noſtri ducis, augeat annos.
2.de pōt. Sic pater in Pylios, Cumæos mater in annos
Viuant.—
5.Triſt. —Olim Aequarint Pylios cum tua fata dies.
4 Meta. E quibus illa fuit longa digniſſima vita.
Prop.4 Quod mihi detractū eſt, veſtros accedat ad annos
Prole mea paulum ſic iuuat eſſe ſenem.

CAP. XXII.

BLANDITIARVM.

7 Met. —Et tu mihi magna voluptas,
Dicere ſum ſolitus, tu me reficisque fouesque,
Tu facis vt ſiluas, vt amem loca ſola, meoque
Spiritus iſte tuus ſemper capiatur ab ore.
In Her. —teque ô mea ſola voluptas,
Plus quoq;, quàm credi quod mihi poſſit, amo.
1 Amor. Cum tibi quæ faciam mea lux; dicamue, placebūt.
5 Faſt. En ego dimidium veſtri parsque altera voti.
Tibull. 4. Tu mihi curarum requies, tu nocte vel atra
Lumen, & in ſolis tu mihi turba locis.
Proper. 2. Te nihil in vita nobis acceptius vnquam.
1. His tu ſemper eris noſtræ gratiſſima vitæ.

CAP. XXIII.

SALVTANDI.

In Penel. Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlyſſes.
In Hyper. Mittit Hypermneſtra de tot modò fratribus vni.
In Phæd. Qua, niſi tu dederis, caritura eſt ipſa, ſalutem
Mittit Amazonio Creſſa puella viro.
9 Met. Quam, niſi tu dederis, non eſt habitura ſalutem
Hanc tibi mittit amans.—

Hanc

Hanc tibi Priamides mitto Lædea ſalutem, *In Paride*
Quæ tribui ſola te mihi dante poteſt.
Qui tibi, quam mallet præſens afferre ſalutem *3 de Pon.*
Mittit, ab hirſutis maxime Cotta Getis.
Mittit Abydenus, quam mallet ferre, ſalutem, *In Leãd.*
Si cadat vnda maris, Seſta puella tibi.
Mittit ab indomitis hanc Meſſaline ſalutem, *2. de pou.*
Quam ſolitus præſens eſt tibi ferre, Getis.
Carmine Græcinum, quem præſens voce ſolebat, *Ibidem:*
Triſtis ab Euxinis Naſo ſalutat aquis.
Hanc tibi Naſo tuus mittit Ruffine ſalutem, *1 de Pon.*
Qui miſer eſt, vlli ſi ſuus eſſe poteſt.
Naſo ſuo profugus mittit tibi Flacce ſalutem, *Ibidem.*
Mittere rem ſi quis, qua caret ipſe, poteſt.
Vnde licet, non vnde iuuat, Græcine ſalutem, *4 de Pon.*
Miſſa ſit, vt verè perueniatq́ue precor.
A tibi dilecto miſſam Naſone ſalutem, *1 de pon.*
Accipe pars animæ magna Seuere meæ.
Condita diſparibus numeris ego Naſo Solano, *2 de Pon.*
Præpoſita miſi verba ſalute, meo.
Hæc tibi non vanam portantia verba ſalutem, *3 de Pon.*
Naſo Tomitana mittit ab vrbe tuus.
Vade ſalutatum ſubitò perarata Perhillam, *3 Triſt.*
Littera ſermonis fida miniſtra mei.
Vade liber, verbiſq́ue meis loca grata ſaluta, *1 Triſt.*
Contingam certè quo licet illa pede.
Eſſe ſalutatum te vult mea littera primùm, *2. de pon.*
A malè pacatis Attice miſſa Getis.
Mittit & optat amans, quò mittitur, ire ſalutem *In Laod.*
Aemonis Aemonio Laodamia viro.
Quam ſimul aſpexit, dicta acceptaq́ue ſalute, *14 Met.*
Diua Dei miſerere precor.
Hæc vbi nos vidit, dicta acceptaq; ſalute, *Ibidem.*
Diffudit vultus,

5.*Triſt.* Si tibi contingit cum dulci vita ſalute,
Candida fortunæ pars manet vna meæ.
In Hypſip Hypſipelæ miſſa digna ſalute fui.
In Her. Quam mihi miſiſti verbis Leandre ſalutem,
Vt poſſim miſſam rebus habere, veni.
Tibull. 3 Sed primùm nympham larga donate ſalute.

CAP. XXIIII.

FORMVLAE, QVIBVS INITIO *litterarum vtimur.*

2 *de Pon.* Quam legis, vnde tibi mittatur epiſtola, quæris?
Hinc, vbi cæruleis iungitur Iſter aquis.
5 *Triſt.* Quam legis, ex illa tibi venit epiſtola terra,
Latus vbi æquoreis iungitur Iſter aquis.
4.*de Pon.* Quam legis, ex illis tibi venit epiſtola terris,
Naſonem nolles in quibus eſſe locis.
Ariad. Quæ legis, ex illo Theſeu tibi litore mitto,
Vnde tuam ſine me vela tulere ratem.
In Briſ. Quam legis, à rapta Briſeide littera venit,
Vix bene barbarica Græca notata manu.
4.*de pon.* Quod legis, ô vates magnorum maxime regum,
Venit ab intonſis vſque Seuere Getis.
1.*de Pon.* Forſitan hæc à quo mittatur epiſtola quæras:
Quiſque loquar te cum certior eſſe velis.
5.*Triſt.* Litore ab Euxino Naſonis epiſtola venit.
4.*de Pon.* Littera ſera quidem, ſtudiis exculte Suilli,
Huc tua peruenit, ſed mihi grata tamen.
1 *de Pon.* Quæ mihi de rapto tua venit epiſtola Celſo,
Protinus eſt lachrimis humida facta meis.
4.*de Pon.* Accipe Pompei deductum carmen ab illo,
Debitor eſt vitæ qui tibi Sexte ſuæ.
2 *de Pon.* Accipe colloquium gelido Naſonis ab Iſtro,
Attice iudicio non dubitate meo.
2 *de Pon.* Naſo ſuo, poſuit nomen cui penè, ſodali,
Mittit ab Euxinis hoc breue carmen aquis.

Hæc

Hæc tibi mittũtur, quem ſum modò carmine que 4 de Pon.
Non aptum numeris nomẽ habere meis. (ſtus,
Hoc tibi Ruffe breui properatum tempore mittit, 2. de Pon
Naſo parùm fauſtæ conditor artis, opus.
Ille tuos quondam non vltimus inter amicos, 1 de Pon.
Vt ſua verba legas Maxime, Naſo rogat.
Ecquid ab impreſſæ cognoſcis imagine ceræ, 2 de Pon.
Hæc tibi Naſonem ſcribere verba Macer?
Hæc tibi vir quondam, nunc frater, caſta Neæra, Tibull. 3.
Mittit, & accipias munera parua rogat.

CAP. XXV.

FORMVLAE QVIBVS VTIMVR *ante Vale.*

Scribere plura libet, ſed vox mihi feſſa loquendo, 3. Triſt.
Dictandi vires ſiccaque lingua negat.
Scribere plura libet, ſed pondere laſſa cathenæ In Hyp.
Eſt manus, & vires ſubtrahit ipſe timor.
Hactenus arcanum, furtiuæ conſcia mentis In Helen.
Littera, iam laſſo pollice ſiſtat opus.
Iam ſatis inualidos calamo laſſauimus artus, In Cydip-
Et manus officium longius ægra negat. pe:
Quid digitos opus eſt graphium laſſare tenendo? 1 Amor.
Hoc habeat ſcriptum tota tabella, Veni.

CAP. XXVI.

VALEDICENDI.

Accipe quo ſemper finitur epiſtola verbo, 5. Triſt.
Atque meis diſtent vt tua fata, Vale.
Longior infirmum ne laſſet epiſtola corpus, In Acon.
Clauſaque conſueto ſit tibi fine, Vale.
Tu quoq; lux oculis hodierna nouiſſima noſtris, In Deian.
Virque (ſed ô poſſis) & puer Hylle vale.
Quid, niſi quòd cupio me iam coniungere tecũ, In Cydipp
Reſtat: vt aſcribat littera noſtra, Vale.
Accipe ſupremo dictum mihi forſitan ore, 4 Triſt.

Quod

Quod tibi qui mittit, non habet ipſe. Vale.
1 Amor. Qualiſcunque vale, ſentique abeuntis amorem,
Lentè, nec admiſſo turpis amante, Vale.
Vos quoque crudeles rigido cum limine poſtes,
Duraque confertæ ligna valete fores.
In Laod. Vltima mandato claudetur epiſtola paruo:
Sit tibi cura mei, ſit tibi cura tui.
In Laod. Vix illud potui dicere triſte Vale.
In Med. Et dixit tenui murmure lingua, Vale.
1 Triſt. Sæpe vale dicto, rurſus ſum multa locutus.
Ibidem: Dicendumque ſemel toto non amplius æuo,
Accipere, & parili reddere voce Vale.
Ibidem: Alloquor extremùm mæſtos abiturus amicos,
Qui modò de multis vnus & alter erat.

CAP. XXVII.

SEMPER.

In Ibin. Pugnabunt iaculis dum Thraces, Iazyges arcu,
Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit:
Robora dum montes, dum pabula mollia campi,
Dum Tyberis liquidas Thuſcus habebit aquas:
Bella geram tecum, nec mors mihi finiet iras.
1 Amor. —Dum muſtis vua tumebit,
Dum cadet incurua falce reſecta Ceres.
Ibidem. —Tenedos dum ſtabit, & Ide,
Dum rapidas Simois in mare voluet aquas.
4 Met. —Dum Lucifer ignes
Euocat Auroræ, curſus Aurora diurnos.
1 Amor. Cum ſole & luna ſemper Aratus erit.
Ariad. —Iuro
Te fore, dum noſtrûm viuet vterque, meam.
4 de Pon. Gramina cultus ager, frigus minus odit hirundo,
Proxima Marticolis quam loca Naſo Getis.
Tibull. 1. Quem referunt Muſæ, viuet, dum robora tellus,
Dum cælum ſtellas, dum vehit amnis aquas.

CAP. XXVIII.

NVNQVAM.

Deſinet ipſe prius contrarius ignibus humor, *In Ibin:*
Iunctaque cum Luna lumina Solis erunt:
Parsque eadem cæli Zephyros emittet & Euros,
Et tepidus gelido flabit ab axe Notus.
Et noua fraterno veniet concordia fumo,
Quam vetus accenſa ſeparat ira pyra.
Et ver autumno, brumæ miſcebitur æſtas,
Atque eadem regio veſper & ortus erit.
Quàm mihi ſit tecũ, poſitis quæ ſumſimus armis,
Gratia, commiſſis improbe rupta tuis.
In caput alta ſuum labentur ab æquore retro *1 Triſt.*
Flumina, conuerſis Solque recurret equis.
Terra feret ſtellas, cælum findetur aratro,
Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas.
Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt,
Parsque ſuum mundi nulla tenebit iter.
Et prius hic nobis nimium conterminus Iſter, *4 de Pon.*
In caput Euxino de mare vertet iter:
Vtque Thyeſtææ redeant ſi tempora menſæ,
Solis ad Eoas currus agetur aquas.
Quàm quiſquã veſtrũ, qui me doluiſtis ademtũ,
Arguat ingratum non meminiſſe ſui.
Sed prius huic deſint & bellum & frigora terræ, *Ibidem:*
Inuiſus nobis quæ duo Pontus habet:
Et tepidus Boreas, & ſit præfrigidus Auſter;
Et poſſit fatum mollius eſſe meum:
Quàm tua ſint lapſo præcordia dura ſodali.
Cana prius gelido deſint abſinthia ponto, *5 Triſt.*
Et careat dulci Trinacris Hybla thymo:
Immemorem quàm te quiſquã conuincat amici.
Longa dies citior brumali tempore, noxque *2 de Pon.*
Tardior hyberna ſolſtitialis erit.

Nec Babylon æſtus, nec frigora Pontus habebit,
Calthaque Pæſtanas vincet odore roſas:
Quàm tibi noſtrarum veniant obliuia rerum.
1 de pon. Nam prius incipient turres vitare columbæ,
Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas:
Quàm malè ſe præſtet veteri Græcinus amico.
1 de Art. Vere prius volucres taceant, æſtate cicadæ,
Mænalius lepori det ſua terga canis,
Femina quàm iuueni blandè tentata repugnet.
4 de pon. Nam prius vmbroſa carituros arbore montes,
Et freta veliuolas non habitura rates;
Fluminaque in fontes curſu reditura ſupino:
Gratia quàm meriti poſſit abire tui.
14. —Prius, inquit, in ęquore frondes,
Glaucus, & in ſummis naſcentur montibus algæ:
Soſpite quàm Scylla noſtri mutentur amores.
13. *Met.* Antè retro Simois fluet, & ſine frondibus Ide
Stabit, & auxilium promittet Achaia Troiæ.
In Oen. Cum Paris Oenone poterit ſpirare relicta,
Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua.
Propert. Flamma per in cenſas citius ſedetur ariſtas,
Fluminaque ad fontis ſint reditura caput,
Et placidùm Syrtes portum, & bona littora nautis
Præbeat hoſpitio ſæua Malæa ſuo,
Quàm poſſit veſtros quiſquam reprẽdere curſus
Et rapidæ ſtimulos frangere nequitiæ.
2. Terra prius falſo partu deludet arantes,
Et citius nigros ſol agitabit equos;
Fluminaq; ad caput incipient reuocare liquores,
Aridus & ſicco gurgite piſcis erit:
Quàm poſſim noſtros aliò transferre calores:
Huius ero viuus, mortuus huius ero.
1. Multa prius vaſto labentur flumina ponto,
Amnis & inuerſas duxerit antè vices:

Quàm tua ſub noſtro mutetur pectore cura.
Tu prius & fluctus poteris ſiccare marinos, 2.
Altaque mortali deligere aſtra manu:
Quàm facere, vt noſtræ nolint peccare puellæ.

CAP. XXIX.

EIVS QVOD FIERI NEQVIT.

—Credam prius ora Meduſæ 4 *Triſt.*
Gorgonis, anguineis cincta fuiſſe comis,
Eſſe canes vtero ſub Virginis, eſſe chimęram,
A truce quæ flammis ſeparat angue leam.
Quadrupedesq; hoíes cũ pectore pectora iunctos.
Tergeminumq; virum, teregminumq; canem.
Sphingaque & Harpyias, ſerpẽtipedesq; Gigãtes,
Centimanumq; Gygen, ſemibouemque virum.
Hæc ego cũcta prius, quàm te chariſſime credam
Mitatum, & curam depoſuiſſe mei.
Si dubitem, quin his faueas ô Maxime dictis, 3 *de pon.*
Memnonio cygnos eſſe colore putem.
Sed neque mutatur nigra pice lacteus humor,
Nec quod erat candens fit terebinthus ebur.
Hoc ſi quis vitium poterit mihi demere, ſolus *Propert.*
Tantalea poterit tradere poma manu.
Dolia virgineis idem ille repleuerit vrnis.
Ne tenera aſſidua colla grauentur aqua.
Idem Caucaſea ſoluet de rupe Promethei
Brachia, & à medio pectore pellet auem.
Quærebam ſicca ſi poſſit piſcis harena, 2
Nec ſolitus ponto viuere toruus aper:
Aut ego ſi poſſem ſtudiis vigilare ſeueris.

CAP. XXX.

NVMERI INFINITI.

Nam neque quot flores Sicula naſcãtur in Hybla, *In Ibin*
Quot ue ferat dicam terra Ciliſſa crocos:
Nec cum triſtis hyems Aquilonis inhorruit alis,
Quàm

Quàm multa fiat grandine canus Athos:
Nec mala voce mea poterunt tibi cuncta referri,
Ora licet tribuas multiplicata mihi.
2 de pon. Cinyphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas,
Altaque quàm multis floreat Hybla thymis:
Et quot aues motis nitantur in aëra pennis,
Quotque natent piſces æquore, certus eris:
Quàm tibi noſtrorũ ſtatuatur ſumma laborum.
4 Triſt. Vere prius flores, æſtu numerabis ariſtas,
Poma per autumnum, frigoribusque niues.
3 de Art. Sed neque ramoſa numerabis in ilice glandes,
Nec quot apes Hyblæ, nec quot in Alpe feræ.
In Leãd. Non magis illius numerari gaudia noctis,
Helleſpontiaci quàm maris alga poteſt.
5 Triſt. Littora quot conchas, quot amœna roſaria flores:
Quot ve ſoporiferum grana papauer habet:
Silua feras quot alit, quot piſcibus vnda natatur,
Quot tenerum pennis aëra pulſat auis:
Tot premor aduerſis. quæ ſi comprendere coner,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.
4 de Pon. —Quot in horto fertilis arui
Punica ſub lento cortice grana rubent:
Africa quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos,
Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla fauos.
2 de Art. Quot lepores in Atho, quot apes paſcũtur in Hybla,
Cærula quot baccas Palladis arbor habet.
Litore quot conchæ, tot ſunt in amore dolores.
1 de Art. Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos,
Aequore quot piſces, fronde teguntur aues:
Quot cælum ſtellas, tot habet tua Roma puellas.
5 Triſt. Quàm multæ madidæ celantur arundine foſſæ,
Florida quàm multas Hybla tuetur apes:
Quàm

Tam me circumſtant denſorum turba malorum.
Quot frutices ſyluæ, quot flauas Tybris harenas, *Ibidem.*
Mollia quot Martis gramina campus habet:
Tot mala pertulimus.——
Meque tot aduerſis cumulat, quot littus harenas, *4. Triſt.*
Quotque fretum piſces, ouaque piſcis habet.
Tot mala ſum paſſus, quot in æthere ſidera lucent, *1 Triſt.*
Paruaque quot ſiccus corpora puluis habet.
Totque tuli terra caſus, pelagoque quot inter *4 Triſt.*
Occultum ſtellæ conſpicuumque polum.
——Quot meſſis ariſtas, *11 Met.*
Sylua gerit frondes, eiectas littus harenas.
Tot fuerant illic, quot habet natura, colores. *4 Faſt.*
Pictaque diſſimili flore nitebat humus.
Sæpe ego digeſtos volui numerare colores: *5 Faſt.*
Non potui, numero copia maior erat.
Crede mihi, ſi ſum veri tibi cognitus oris, *2 de Pon.*
Nec numerus noſtris caſibus eſſe poteſt.
Felix qui patitur quæ numerare poteſt. *5 Triſt.*
——Quorum numerum comprendere non eſt. *Ibidem:*
Non tot Achæmeneis armantur Suſa ſagittis, *Propert. 2*
Spicula quot noſtro pectore fixit amor.

CAP. XXXI.

GELV.

Vſtus ab aſſiduo frigore Pontus.——
Nec venti tantum Cereri nocuêre, nec imbres, *3. Triſt.*
Nec ſi marmoreo pallet adusta gelu: *3. Faſt.*
Quantum ſi culmos Titan incalfacit vdos.
——Nunquam ſine frigore cælum, *5 Triſt.*
Glebaque canenti ſemper obuſta gelu.
——Aſtricto terra peruſta gelu.
Et coit aſtrictis barbarus Iſter aquis. *3. Triſt.*
Et maris aſtricto quæ coit vnda gelu. *3. de Pon.*

3.Triſt. Incluſæque gelu ſtabunt vt marmore puppes.
Ibidem: Vidimus ingentem glacie conſiſtere Pontum,
Lubricaque immotas teſta premebat, aquas.
Ibidem: Nudaque conſiſtunt formam ſeruantia teſtæ
Vina, nec hauſta meri, ſed data fruſta bibunt.
Quid loquar vt cuncti concreſcunt frigore riui?
4 de Pon. Ipſe vides certè glacie conſiſtere Pontum,
Ipſe vides rigido ſtantia vina gelu.
5 Triſt. —Ter frigore conſtitit Iſter,
Facta eſt Euxini dura ter vnda maris.
1 de pon. Quæque aliæ gentes, vbi frigore conſtitit, Iſter
Dura meant celeri terga per amnis equo.
3.Triſt. Cæruleos ventis latices durantibus, Iſter
Congelat, & tectis in mare ſerpit aquis:
Quaque rates ierant, pedibus nunc itur: & vndas
Frigore concretas vngula pulſat equi.
4.de Pon. Hîc freta vel pediti peruia reddit hyems.
Ibidem: —Nec te cauſſas neſcire ſinemus,
Horrida Sarmaticum cur mare duret hyems.
Ibidem. —An coëat duratus frigore Pontus,
Et teneat glacies iugera multa freti.
3.Triſt. Nec mare concreſcit glacie.—
3. de Pon. Cuncta ſed immodicũ tempora frigus habent.
Tu glacie freta iuncta tenes, & in æquore piſcis
Incluſus tecta ſæpe natauit aqua.
3 Triſt. Siue igitur nimij Boreæ vis ſæua marinas;
Siue redundatas flumine cogit aquas.
1. de Pon. Terraque pacis inops, vndaque vincta gelu.
Ibidem. Frigore perpetuo Sarmatis ora riget.
2 Faſt. —Poſita ſub niue terra latet.
1 de Pon. Fert vbi perpetuas obruta terra niues.
4.de Pon. Tectaque brumali ſub niue terra latet.
3.de Pon. Quæque nec hoſte fero, nec niue terra cares.
1 Met. Tum primum ſiccis aêr feruoribus vſtus
Canduit, & ventis glacies adſtricta pependit. Et

Et nulla incepto perlabitur vnda liquore, *Tibull.4.*
Sed durata riget denſam in glaciemque niuéque,
Quippe ibi nō vnquā Titan ſuperingerit ortus.
Nec me tardarent Scythiæ iuga, cùm pater altas *Propert.4*
Africus in glaciem frigore nectit aquas.
Nox erat, & ſparſo triſte cubile gelu. 3.
Quæ tellus ſit lenta gelu, quæ putris ab æſtu. 4.

CAP. XXXII.

NIX SOLVITVR.

Multa quoq; hic torrens niuibus de mōte ſolutis, *8 Met.*
Corpora turbineo iuuenilia vortice merſit.
—Zephyris & ſolibus ictæ *Ad Liui.*
Soluuntur teneræ vere tepente niues.
At mihi ſentitur nix verno ſole ſoluta. *3 Triſt.*
Nix iacet, & iactam nec ſol pluuiæque reſoluunt, *3. Triſt.*
Indurat Boreas perpetuamque facit.
Ergo vbi delicuit nondum prior, altera venit,
Et ſolet in multis bima iacere locis.
Et pereunt victæ ſole tepentè niues. *3 Faſt.*
Liquitur vt glacies incerto ſaucia ſole. *2 Met.*
Exemploque niuis, quā mollit aquaticus Auſter. *2. de Pon.*

CAP. XXXIII.

INVOCANDI.

Dij maris & terræ, quíque his meliora tenetis
Inter diuerſos cum Ioue regna polos;
Huc precor, huc veſtros omnes aduertite mentes,
Et finite optatis pondus ineſſe meis.
Ipſaque tu Tellus, ipſum cum fluctibus æquor,
Ipſe meas Aether accipe ſumme preces.
Sideraque & radiis circundata ſolis imago,
Lunaque quæ nunquā, quo prius, orbe micas:
Noxque tenebrarum ſpecie reuerenda tuarum,
Quæque ratum triplici pollice netis opus.
Quique per infernas horrendo murmure valles,

Imperiuratæ laberis amnis aquæ.
Quaſque ferunt torto vittatis angue capillis
Carceris obſcuras ante ſedere fores.
Vos quoq; plebs ſuperûm, Fauni, Satyriq; Laresq;
Fluminaque & Nymphæ, ſemideûmque genus.
Denique ab antiquo diui veteresque nouique
In noſtrum cuncti tempus adeſte chao.
Annuite optatis omnes ex ordine noſtris.

1. Faſt. Iane biceps anni tacitè labentis origo
Solus de ſuperis qui tua terga vides.
Dexter ades ducibus, quorum ſecura labore
Ocia terra ferax, ocia pontus habet.
Dexter ades ducibusq; tuis, populoque Quirini,
Et reſera nutu candida templa tuo.

Ibidem: Diriget in medio quis mea vela freto?
Ipſa mone, quæ nomen habes à carmine ductum,
Propoſitoque faue, ne tuus erret honor.

5 Faſt. Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes
Grata Meduſæi ſigna tenetis equi.

6 Faſt. Pierides cœptis addite ſumma meis:
Dicite Pierides, quis vos addixerit iſti,
Cui dedit inuitas victa nouerca manus?

1 de Rem. Te precor, incipiens, aſſit tua laurea nobis,
Carminis & medicæ Phœbe repertor opis.
Tu pariter vati, pariter ſuccurre medenti,
Vtraque tutelæ ſubdita cura tuę eſt.

2 de Rem. Vtque faci, cœptis Phœbe ſaluber ades.

6 Faſt. Nunc ades ô cœptis flaua Minerua meis.

Ibidem: Bacche racemiferos edera redimite capillos,
Si domus illa tua eſt, dirige vatis opus.

3 Faſt. Bacche faue vati, dum tua feſta cano.

Ibidem. Mite caput pater huc, placataque cornua vertas,
Et des ingenio vela ſecunda meo.

6. Faſt. Veſta faue, tibi nunc operata reſoluimus ora.

Ple-

Pleiade nate mone virga venerande petenti, *5 Faſt.*
Sæpe tibi eſt Stygij regia viſa Iouis.
Floreat vt toto carmen Naſonis in æuo, *Ibidem.*
Sparge precor donis pectora noſtra tuis.
At mihi pande precor multo meliora petenti. *Ibidem:*
—Dij cœptis *1.Met.*
Aſpirate meis, primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
—Numine dexter ades. *1.Faſt.*
—Incœptis annue diua meis. *3 Amor.*
Phœbe faue, nouus ingreditur tua tẽpla ſacerdos, *Tibul.2.*
Huc age cum cithara carminibusque veni.
Huc ades, aſpiraque mihi, dum carmine noſtro *Ibidem:*
Redditur agricolis gratia cælitibus.
Nunc ô Bacche tuis humiles aduoluimur aris, *Prop.3.*
Da mihi pacato vela ſecunda pater.
Sancte pater ſalue, cui iam fauet aſpera Iuno: *4.*
Sancte velis libro dexter ineſſe meo.

CAP. XXXIIII.

IMPRECANDI.

Hoſtibus eueniat, quàm ſis violentus in armis, *4 de Pon.*
Sentire, & linguæ tela ſubire tuæ.
Hoſtibus eueniat tam fœdi cauſa pudoris, *3 de Art.*
Inque nurus Parthas dedecus illud eat.
Eueniat noſtris hoſtibus ille pudor. *3. Amor.*
Eueniat noſtris hoſtibus ille color. *3 Faſt.*
Hoſtibus eueniat longa ſenecta metu. *Ad Liui.*
Hoſtibus eueniat vacuo dormire cubili, *Ibidem:*
Et medio latè ponere membra thoro.
Hoſtibus eueniant conuiuia talia noſtris. *In Parid.*
Gentibus aduerſis forma ſit illa precor. *Ad Liui.*
Clauſa tamen miſi Scythica tibi tela pharetra, *3 de Pon.*
Hoſte precor fiant illa cruenta tuo.
Hoſtibus eueniat lenta puella meis. *Propert.*

1 *Amor.* Dij tibi dent nulloſque lares, inopéque ſenectam,
Et longas hyemes, perpetuamque ſitim.
Prop. 4. Terra tuum ſpinis obducat, Lena, ſepulchrum,
Et tua, quod non vis, ſentiat vmbra ſitim.
Nec ſedeant cineri manes, & Cerberus vltor
Turpia ieiuno terreat oſſa ſono.
2. Illi ſub terris fiant mala multa puellæ,
Quæ mentita ſuas vertit inepta comas.
Tibull. 1 Sanguineas edat illa dapes, atque ore cruento
Triſtia cum multo pocula felle bibat.
Hanc volitent animæ circùm ſua fata querentes
Semper, & è tectis ſtryx violenta canat.
Ipſa fame ſtimulante furens, herbasq; ſepulchris
Quærat, & à ſæuis oſſa relicta lupis.
Currat & inguinibus nudis, vluletque per vrbes,
Poſt agat è triuiis aſpera turba canum.
1. Iam tu, qui Venerem docuiſti vendere primus,
Quiſquis es, infelix vrgeat oſſa lapis.
Propert. 2 Tunc me vel Tragicæ vexetis Erinnyes, & me
Inferno damnes Aeace iudicio.
Atque inter Tityi volucres mea penna vagetur,
Tumque ego Siſyphio ſaxa labore geram.
Ibidem: Illi ſub terris fiant mala multa puellæ.
Ibidem: Ah pereant, ſi quos ianua clauſa iuuat.
1. Ah pereat, ſi quis lentus amare poteſt.

CAP. XXXV

ABOMINANDI.

In Laod. Dij precor à nobis omen remouete ſiniſtrum.
15. *Met.* —Procul ô procul omina, dixit,
Talia dij pellant.—
1 *Amor.* —Procul omen abeſto.
In Laod. —Omen reuocantis abeſto.
2 *Amor.* Et ſint ominibus pondera nulla meis.
In Did. —Nullum ſit in omine pondus.

Omi-

Omina te careant.— *In acont.*
Si mea ſors redimēda tua (quod abominor) eſſet. *3 de pont.*
Dij melius, ſimilis non fuit ille tui. *In Helen.*
—Atque vtinam verum tibi venerit omen. *4 de Pon.*
Dij meliora ferant, nec ſint inſomnia vera. *Tibull. 3*

CAP. XXXVI.

INCREPANTIS.

—Quæ vos dementia, dixi, *13 Met.*
Concitat ô ſocij?—
—Quæ te vecordia, Theſeus, *12. Met.*
Euryte pulſat? ait.—
—Quæ te Germane furentem *5. Met.*
Mens agit in facinus?—
—Quò me furor egit amantem? *In Deian*

CAP. XXXVII.

AMENTIAE.

Stipite te Stygio, tumidiſque afflauit echidnis *10. Met.*
E tribus vna ſoror.—
—Mentis inops, vt quam furialis Erichtho *In Sapp.*
Impulit.—
Inde duos mediis abrupit crinibus angues, *4. Met.*
Peſtiferaque manu raptos immiſit: at illi
Inooſque ſinus, Achamantheoſque pererrant,
Inſpirantque graues animos, nec vulnera mēbris
Vlla ferunt: mens eſt quæ diros ſentiat ictus.
Attulerat ſecum liquidi quoque monſtra veneni,
Oris Cerberei ſpumas, & virus Echidnæ,
Erroreſque vagos, cæcæque obliuia mentis,
Et ſcelus, & lacrimas, rabiemq; & cædis amorem,
Omnia trita ſimul: quæ ſanguine miſta recenti
Coxerat ære cauo, viridi verſata cicuta:
Dumque pauent illi, vertit furiale venenum
Pectus in amborum, præcordiaq; intima mouit.
Tum face iactata per eundem ſæpius orbem,

Conſequitur motos velociter ignibus ignes.

In Ibin: Protinus Eumenides lauêre paluſtribus vndis,
Quà caua de Stygiis Erebeæ felle colubræ.

CAP. XXXVIII.

EXPROBRANTIS IACTANTIAM.

13 Met. —Vbi ſunt ingentia magni
Verba viri?—

In Phæd. Heu vbi nunc faſtus altaque verba iacent?

In Hero. Vnde nouus timor hic, quoq; illa audacia fugit?
Magnus vbi eſt ſpretis ille natator aquis?

In Hel. Sic illas timeo, quæ(ſi tua gloria vera eſt)
Iudice te cauſam non tenuêre duæ.

Ibidem. —Sed qui tibi gloria magna eſt
Quintus, is à noſtro ſanguine primus erit.
—Sed abeſt tua gloria vero.

Tibull. 1 At mihi nunc longè gloria fortis abeſt.

Ibidem. —Puero quæ gloria victo eſt?

CAP. XXXIX.

EXPROBRANTIS LEVITATEM.

In Oen. Tu leuior foliis, tunc cum ſine pondere ſucci
Mobilibus ventis arida facta volant.
Et minus eſt in te, quàm in ſumma pondus ariſta,
Quæ leuis aſſiduis ſolibus vſta riget.

2 Amor. Verba puellarum foliis leuiora caducis,
Irritaque, vt viſum eſt, ventus & vnda ferunt.

4 de Pon. Quolibet eſt folio, quauis incertior aura:
Pars illi leuitas improbe ſola tua eſt.

In Hyp. Mobilis Aeſonide, vernaque incertior aura.

2 Amor. Tu leuis es, multoque tuis ventoſior alis.

3 Faſt. Bacche leuis, leuiorque tuis, quæ tempora cingũt,
Frondibus.—

In Did. Tu quoque cum ventis vtinam mutabilis eſſes.

Prop. 2 Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hyberno tam tremefacta Noto:

Quàm

Quàm citò fœminea non conſtat fœdus in ira,
Siue ea cauſa grauis,ſiue ea cauſa leuis.
Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus auræ, *Ibidem.*
Nec dubio nubes vertitur atra Noto,
Quàm facilè irati verbo mutantur amantes.
Noſtraque non vllis permanet aura locis. *Ibidem.*
Ille tuus pennas tam citò vertit amor. *Ibidem:*
Formoſis leuitas ſemper amica fuit. *Ibidem.*

CAP. XL.

ASSENTIENDI.

Annuit his,capitiſque ſui pulcherrima motu, 8 *Met.*
Conceſſit grauidis oneratos meſſibus agros.
—Mouít caput æquoreus rex, *Ibidem:*
Concuſſitque ſuis omnes aſſenſibus vndas.
Iuppiter annuerat: nutu tremefactus vterque 2 *Faſt.*
Eſt polus,& cæli pondera mouit Atlas.
Hactenus,& mouit pictis innixa cothurnis, 3 *Amor.*
Denſum cæſarie terque quaterque caput.
Annuit his, motiſque deus rata pignora criſtis, 15. *Met.*
Et repetita dedit vibrata ſibila lingua.
Annuit,& motis fl ores cecidêre capillis, 5 *Faſt.*
Decidere in menſas vt roſa miſſa ſolet.
Annuit,& motu ſigna ſecunda dedit. 3 *Faſt.*

CAP. XLI.

VT VERVM FATEAR.

Obuia prodieram reduci tibi(vera fatebor) *In Herm.*
Nec facies nobis nota parentis erat.
—Si modò permittis dicere vera. 4.*de Pon.*
—Nec me nunc dicere vera pudebit. *Tibull.* 1.
Nec mihi vera loqui pudor eſt.— 1.

CAP. XLII.

VT CONFERAMVS PARVA *magnis.*

Sic locus eſt aliquis tanta inter nomina paruis. 3.*de Pon.*

5 Met. —Quod ſi componere magnis
Parua mihi fas eſt.—
1 Triſt. Si licet exemplis in paruo grandibus vti.
2 Amor. Aptari magnis inferiora licet.
3 de Art. Quid vetat à magnis ad res exempla minores
Sumere?—
Ibidem: Si licet à paruis animum ad maiora referre.
15 Met. Denique vt exemplis ipſos æquantibus vtar.

CAP. XLIII.

NE LONGVM FACIAM

In Ibin. Inde ego pauca canam,frondes vt ſi quis in Ida,
Et ſummam Lybico de mare carpat aquam.
3 de Art. Sed repetamus iter,nudis mihi rebus agendũ eſt,
Vt tangat portus feſſa carina ſuos.
15 Met. Ne tamen oblitis ad metam tendere,longè
Expacіemur equis.—
1 de Pon. Sed memor vnde abij,queror.—
3 de Pon. Nomina neu referam longũ collecta per æuum.
3 de Art. Quid iuuat ambages præceptaq; pauca referre?
2 de Rem. Quid moror exẽplis,quorum me turba fatigat?
3 Faſt. Quid moror,& variis onero tua pectora cauſſis?
2 de Art. Quid moror in paruis?animus maiorib.inſtat.
4 Faſt. Quò feror?immenſum eſt erratas dicere terras,
Præteritus Cereri nullus in orbe locus.
5 Faſt. Quò feror?Auguſtus mẽſis mihi carminis huius
Ius habet.

CAP. XLIIII.

NON POSSVM ELOQVI.

8 Met. Non mihi ſi centum Deus ora ſonantia linguis,
Ingeniumque capax, totumq; Helicona dediſſet,
Triſtia perſequerer miſerarum vota ſororum.
1 Triſt. Si vox infragilis,pectus mihi firmius eſſet,
Pluraque cum linguis pluribus ora forent:
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis,
Ma-

Materia vires exſuperante meas.
Nũc mihi mille ſonos, quòq; eſt memorat⁹ Achil- (les, 2 *Faſt.*
Vellem Mœonide pectus ineſſe tuum.
Non mihi ſacrilegas meretricũ vt perſequar artes: 1 *de Art.*
Cum totidem linguis ſint ſatis ora decem.
Nec mala voce mea poterunt tua cuncta referri, *In Ibin:*
Ora licet tribuas multiplicata mihi.
Deſeret antè dies, & in alto Phœbus anhelos 15. *Met.*
Aequore tinget equos, quàm cõſequar õnia dictis
Tempore deficiar, tragicos ſi perſequar ignes, 2 *Triſt.*
Vixque meus capiet nomina nuda liber.
Quæ tibi ſi memori coner perſcribere verſu, 2 *de Pon.*
Ilias eſt fati longa futura mei.

CAP. XLV.

QVODVIS OPTATO DONVM, ID *optatum auferes.*

Huic deus optanti, gratum, ſed inutile fecit 11. *Met.*
Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
Ille malè vſurus donis, ait, effice: quicquid
Corpore contigero, fuluum vertatur in aurum.
Annuit optatis, nocituraque munera ſoluit
Liber: & indoluit, quòd non meliora petiſſet.
Cui Numa munificus: Facti pete præmia, dixit, 3. *Faſt.*
Si mea nota fides, irrita nulla petes.
—Quoduis pete munus, & illud 2 Met.
Me tribuente feres.—
—Si quid fert impetus, opta, 5 *Faſt.*
Omne feres.—
—Nec tempora perde precando, 11 *Met.*
Quod petis omne feres.—
Sint tua vota licet, dixit, ſecura repulſæ, 12 *Met.*
Elige quid voueas.—
—Rogat illa Iouem ſine nomine munus,
Cui Deus: Elige, ait, nullam patiêre repulſam. 3. *Met.*
—Elige,

14. Met. —Elige,ait virgo Cumæa,quid optes,
Optatis potiêre tuis.—
Ibidem: Quæq; petis,ꝑ quoq;petis cape nata quod optas.
Tibull.2. Annuat & Cherinthe tibi,quodcunque rogabis.
En age,quid ceſſas?annuit ille,roga.

CAP. XLVI.

DVBITANDI.

In Her. Quid ſequar,in dubio eſt.—
In Helen. —In dubio pectora noſtra labant.
6 Faſt. —Cauſa latendi,
Diſcrepat, & dubiũ me quoque mentis habet.
4 Triſt. Quò poſtquam,dubiũ,pius an ſceleratus Oreſtes
Venit.—
6 Faſt. —Auctor in incerto eſt.
1 Triſt. Rector in incerto eſt,nec quid fugiat ve,petat
Inuenit.— (ve,
3 de Art. —Incertus pectora verſat amor.
5 Faſt. Quò ferar ignoro,copiaque iſta nocet.
3 Faſt. Non habet exactum quid agat.—

CAP. XLVII.

CARMINVM ET INCANTATIONVM VIS.

Tibull.2 Te duce Romanos nunquam fruſtrata Sibylla,
Abdita quæ ſenis fata canit pedibus.
Idem 4. Quòd ſi vera canunt ſacris oracula templis.
1 Amo. Non te cantatæ læſerunt pellicis herbæ.
7 Met. Creditus accepit cantatas protinus herbas.
Medea.
7. Met. Quorum ope cum volui,ripis mirantibus amnes
In fontes rediêre ſuos,concuſſaque ſiſto,
Stantia concutio cantu freta,nubila pello,
Nubilaque induco,ventos abigoque vocoque,
Vipereas rumpo verbis & carmine fauces,
Viuaque ſaxa ſua,conuulſaque robora terra

Et

Et ſyluas moueo, iubeoque tremiſcere montes,
Et mugire ſolum, maneſque exire ſepulcris.
Te quoq; Luna traho, quamuis Temeſæa labores
Aera tuos minuant, currus quoq; carmine noſtro
Pallent, & pallet noſtris aurora venenis.
—Carmine mouit, *In Hypſip*
Diraque cantata pabula falce metit.
Illa reluctantem curru deducere lunam
Nititur, & tenebris abdere ſolis equos.
Illa refrenat aquas, obliquaque flumina ſiſtit,
Illa loco ſyluas, viuaque ſaxa mouet.
Per tumulos errat paſſis diſcincta capillis,
Certaque de tepidis colligit oſſa rogis.
Deuouet abſentes, ſimulacraque cerea fingit,
Et miſerum tenues in iecur vrget acus.

Circe.

Concipit illa preces, & verba precantia dicit, 14. *Met.*
Ignotoſque deos ignoto carmine adorat,
Quo ſolet & niueæ vultum confundere lunæ,
Et patrio capiti bibulas ſubtexere nubes.
Tunc quoque cantato denſatur carmine cælum,
Et nebulas exhalat humus.—
Exiluêre loco (dictu mirabile) ſyluæ: *Ibidem:*
Ingemuitque ſolum, vicinaque palluit arbor,
Sparſaque ſanguineis rubuerunt pabula guttis,
Et lapides viſi mugitus edere raucos,
Et latrare canes, & humus ſerpentibus atris
Squallere, & tenues animę volitare videntur.

Dipſas.

Illa magas artes, Aeæaque carmina nouit, 1 *Amor.*
Inque caput liquidas arte recuruat aquas.
Scit bene quid gramen, quid torto cõcita rhõbo
Licia, quid valeat virus amentis equæ.
Cùm voluit, toto glomerantur nubila cœlo:
Cùm

Cùm voluit, puro fulget in ore dies.
Sanguine (ſi qua fides) ſtillantia ſidera vidi,
Purpureus lunæ ſanguine vultus erat.
Hanc ego nocturnas viuam volitare per vmbras
Suſpicor, & pluma corpus anile tegi.
Suſpicor, & fama eſt: oculis quoq; pupula duplex
Fulminat, & geminum lumen ab orbe venit.
Euocat antiquis proauos atauoſque ſepulchris,
Et ſolidam longo carmine findit humum.

Mycale.

12 *Met.* —Mycale, quam deduxiſſe canendo
Sæpe reluctantis conſtabat cornua lunæ,
2 *Amor.* Carmina ſanguineæ deducunt cornua lunæ,
Et reuocant niueos ſolis euntis equos.
Carmine diſſiliunt abruptis faucibus angues,
Inque ſuos fontes verſa recurrit aqua.
1 *de Rem.* Me duce non tumulo prodire iubebitur vmbra,
Non anus infami carmine rumpet humum.
Non ſeges ex aliis alios tranſibit in agros,
Nec ſubitò Phœbi pallidus orbis erit.
Vt ſolet, æquoreas ibit Tiberinus in vndas:
Vt ſolet, in niueis luna vehetur equis.
Nulla recantatas deponent pectora curas,
Nec fugiet viuo ſulfure victus amor.
3 *Amor.* Num mea Theſſalico languent deuota veneno
Corpora? num miſero carmen & herba nocent?
Sagaque Phœnicea defixit nomina cera?
Et medium tenues in iecur vrget acus?
Carmine læſa Ceres ſteriles vaneſcit in herbas,
Deficiunt læſi carmine fontis aquæ.
Ilicibus glandes, cantataque vitibus vua
Decidit, & nullo poma mouente fluunt.
Quid vetat & neruos magicas torpere per artes?
de med. f. Sic potius nos tãget amor, quàm fortibus herbis,
Quas

Quas maga terribili ſubſecat arte manus.
Nec vos graminibus,nec miſto credite ſucco,
Nec tentate nocens virus amantis equæ.
Nec mediæ Marſis finduntur cantibus angues,
Nec redit in fontes vnda ſupina ſuos.
Et quamuis aliquis Temeſæa remouerit æra,
Nunquam Luna ſuis excutietur equis.
Hanc ego de cœlo ducentem ſidera vidi, *Tibull.1*
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.
Hæc cantu finditque ſolum,maneſque ſepulcris
Elicit,& tepido deuocat oſſa rogo.
Iam ciet infernas magico ſtridore cateruas,
Iam iubet adſperſas lacte referre pedem.
Cùm libet, hæc triſti depellit nubila cælo:
Cùm libet,æſtiuo conuocat orbe niues.
Sola tenere malas Medeæ dicitur herbas,
Solà feros Hecates perdomuiſſe canes.
Cantus vicinis fruges traducit ab agris, *Ibidem:*
Cantus & iratæ detinet anguis iter:
Cantus & è curru lunam deducere tentat:
Et faceret,ſi non æra repulſa ſonent.
Illa velit,poterit magnes non ducere ferrum, *Prop.4*
Et volucris nidis eſſè nouerca ſuis.
Quippe & Collinas ad foſſam mouerit herbas,
Stagnaque currenti diluerentur aqua.
Audax cantatæ leges imponere lunæ,
Et ſua nocturno fallere terga lupo.
Poſſet & intentos aſtu cæcare maritos,
Cornicum immeritas eruit vngue genas.
Conſuluitq; ſtriges noſtro de ſanguine, & in me
Hippomanes fœtæ ſemina lēgit equæ,
Non me moribus illa,ſed herbis improba vicit, 4.
Straminea Rhombi ducitur ille rota.
Illum turgentis ranæ portenta rubetæ,

Et

Et lecta ex ſectis anguibus oſſa trahunt.
Et ſtrigis inuentæ per buſta iacentia plumæ,
Cinctaque funeſto, lanea vitta viro.
2. Deficiunt magico torti ſub carmine Rhombi,
Et iacet extincto laurus aduſta foco.
Et iam luna negat toties deſcendere cælo,
Nigraque funeſtum condidit omen onus.
1. At vos deductæ quibus eſt fallacia lunæ,
Et labor in magicis ſacra piare focis.
Ibidem. Tunc ego crediderim vobis & ſidera & amnes
Poſſe Citeinis ducere carminibus.
2. Non hîc herba valet, non hîc nocturna Citeis,
Non per Medeæ gramina cocta manus.

CAP. XLVIII.

A MAGNIS VINCI LAVS EST.

14. *Met.* Iſte tulit precium iam nunc certaminis huius,
Quòd cùm victus erit, mecum certaſſe feretur.
5. *Met.* Magna feres tacitas ſolatia mortis ad vmbras
A tanto cecidiſſe viro.
12. *Met.* —Solamen habeto
Mortis ab Aemonio quòd ſis iugulatus Achille.
9 *Met.* Magnaque dat nobis tantus ſolatia victor.

CAP. XLIX.

FOCI CONSTRVENDI.

8 *Met.* Inde foco tepidum cinerem dimouit, & ignes
Suſcitat heſternos, foliiſque & cortice ſicco
Nutrit, & ad flammas anima perducit anili,
Multifidaſque faces, ramaliaque arida, tecto
Detulit, & minuit, tepidoque admouit aheno.
5 *Faſt.* Ipſe genu nixus, flammaſque excuſſit ab aura,
Et promit, quaſſas comminuitque faces.
2 *Faſt.* Ligna ſenex minuit, conſciſſaque conſtruit altè.
Ibidem: Tunc ſicco primas irritat cortice flammas.
Tibull. 2 Tunc nitidus plenis confiſus ruſticus agris,

Inge-

Ingerat ardenti grandia ligna foco.

CAP. L.

RES PROBAT.

—Exitus illam,
Reſque probat.— *3. Met.*
—Vltima dicta
Reprobat.— *9 Met.*
Reque minas firmat.— *3. Met.*
—Et quid facundia poſſet,
Re patuit.— *13. Met.*
Læſaq; quid faciat, quid amâs, quid fœmina, di-
Rebus, ait.— (ſces *14 Met.*
At certè credetis, ait, ſi verba ſequetur
Exitus.— *3 Faſt.*
—Res dicta ſecuta eſt. *4. Met.*
Exitus acta probat.— *In Phyll.*
Exitus acceſſit verbis.— *6 Faſt.*
Impia turba probat factum.— *3. Met.*

CAP. LI.

CAVSA CAPVTQVE.

Hortator ſtudij cauſaque faxque mei. *1 de Pon.*
Hæc ſunt iucundi cauſa cibusque mali. *1 de Rem.*
—Lethique miſerrima dicar
Cauſa comesque tui.— *4 Meta.*
Omnia pro ſtimulis, facibusque, ciboque furoris
Accipit.— *6. Met.*
Fida manet trepidæ duxque comesque fugæ. *1. Triſt.*
In quibus & belli ſumma caputque fuit. *2 de pōt.*
Vos eritis noſtræ portus & aura fugæ. *Ibidem.*
Nec liber vt fieret ſed vti ſua cuique daretur *3 de pont.*
Littera, propoſitum curaque noſtra fuit. *3 Met.*
Hæc eſt venturi prima fauilla mali. *Propert.*

CAP. LII.

CELERITATIS.

O —Car-

10 *Met.* —Carcere pronus vterque
Emicat,& ſummam celeri pede libat harenam:
Poſſe putes illos ſicco freta radere paſſu,
Et ſegetis canæ ſtantes percurrere ariſtas.
7. *Met.* Illa leui velox ſuperabat retia ſaltu,
Summaq; tranſibat poſitarum lina plagarum,
Copula detrahitur canibus:quos illa ſequentes
Effugit,& cœlum non ſegnior alite ludit.
10. *Met.* —Curſu volat alite virgo,
Quæ quanquam Scythica non ſegniùs ire ſagitta
Aonio viſa eſt iuueni.—
7 *Met.* —Non oycor illo
Haſta,nec exutæ contorto verbere glandes,
Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.
3. *Met.* Inde ruunt alij rapida velociùs aura.
10. *Met.* Aura refert ablata citis talaria plantis.
1 *Met.* Crura nec ablato proſunt velocia ceruo.
11 *Met.* —Curſu feſtinus anhelo
Aduolat armenti Cuſtos.
1. *Triſt.* *de naue:*
Nec comites volucri contenta eſt vincere curſu,
Occupat egreſſas quaſlibet arte rates.

CAP. LIII.

AVCVPII VEL PISCATIONIS.

15. *Met.* Retia cum pedicis,laqueoſque arteſque doloſas
Tollite.nec volucres viſcata fallite virga,
Nec formidatis ceruos includite pennis,
Nec celate cibis vncos fallacibus hamos.
1 *de Rem.* Lenius eſt ſtudium,ſtudium tamen,alite capta,
Aut lino aut calamis præmia parua ſequi.
Vel quæ piſcis edax auido malè deuoret ore,
Abdere ſupremis æra recurua cibis.
1 *de Art* Non auis vtiliter viſcatis effugit alis,
Non bene de laxis caſſibus exit aper.

Sau-

Saucius arrepto piſcis retinetur ab hamo.
Nunc volucrē laqueo, nūc piſcem ducitis hamo. *In Her.*
Deditus æquoribus, tantum exercebar in illis. *14. Met.*
Nam modò ducebam ducentia retia piſces,
Nunc in mole ſedens, moderabar arundine linū.
— O qui pendentia paruo *8 Met.*
Aere cibo velas moderator arundinis, inquit,
Sic mare compoſitum, ſic ſit tibi piſcis in vnda
Credulus, & nullus niſi fixus ſentiat hamos.
— Qui lina madentia ducunt, *6 Faſt.*
Quiq́ue tegunt paruis æra recurua cibis.
Pauper & ipſe fuit, linoq́ue ſolebat & hamis *3. Met.*
Decipere, & calamo ſalientes ducere piſces.
— Qui ſuſtinet hamos, *1 de Art.*
Nouit, quæ multo piſce natentur aquæ:
Hi iaculo piſces, illi capiantur ab hamo,
Hoc caua contento retia fune trahunt
Hos aliquis tremula dum captat arundine piſces. *3 de Art.*
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo. *15 Met.*
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine piſces, *Tibull. 2.*
Cum tenues hamos abdidit ante cibus.
Hæc igitur mihi ſit lepores audacia molles *Prop. 2.*
Excipere, & ſtricto figere auem calamo.
Et me Pana tibi comitem de rupe vocato, *3*
Siue petas calamo præmia, ſiue cane.

CAP. LIIII.

VITAE INCORRVPTAE.

Si non eſt ficto vultus mihi triſtis in ore, *In Hel.*
Nec ſedeo duris torua ſuperciliis:
Fama tamen clara eſt, & adhuc ſine crimine vixi,
Et laudem de me nullus adulter habet.
Et non ceſſuri niſi diis ſine crimine mores, *1 Amo.*
Nudaq́ue ſimplicitas, purpureusq́ue pudor.
Quid tibi nunc mores proſunt, actumq́ue pudicè *Ad Liu.*

Ruricolæ cepere Phryges.—
Ille mero ſomnoque grauis titubare videtur. *3. Met.*
Et feruet multo linguaque menſque mero. *2 Faſt.*
Ebrietas vt vera nocet,ſic ficta iuuabit, *1 de Art.*
Fac titubet blæſo ſubdola lingua ſono.
Lapſaue ſunt nimio verba profana mero. *3. Triſt.*
Nox erat,& vinis oculique animique natabant. *6 Faſt.*
Nacta grauem vino Cinyram male ſedula nutrix. *10. Met.*
Eurylochumque ſimul,nimiique Elpenora vini. *14 Met.*
Ne ve gradus adeas Elpenore cautius altos, *In Ibin:*
Vimque feras vini,quo tulit ille modo.
Sed linguam nimio non tenuiſſe mero. *2. Triſt.*
Ecce nurum regis,fuſis per colla coronis. *2 Faſt.*
Inueniunt poſito peruigilare mero.
In multo nox eſt peruigilata mero. *6 Faſt.*
—Nigri non illa parentem *1 Amor.*
Memnonis,in roſeis ſobria vidit equis.
—Multo tempora quaſſa mero. *1 de Rem.*
Pars pede,pars etiam celeri decurrite cymba, *6 Faſt.*
Nec pudeat potos inde redire domum.
Ferte coronatæ iuuenum conuiuia lintres,
Multaque per medias vina bibantur aquas.
Sæpe mero flammam volui compeſcere,at illa *In Parid.*
Creuit,& ebrietas ignis in igne fuit.
Et Venus in vinis,ignis in igne fuit. *1 de Art.*
Nam tibi ſæuorum ſæuiſſime Centaurorum *11. Met.*
Euryte,quàm vino pectus,tam virgine viſa
Ardet,& ebrietas geminata libidine regnat.
Non hæc immodico contraxi damna Lyæo. *1 de pon.*
Vtque videt comites ſomno vinoque ſolutos. *2. Faſt.*
Turpe iacens mulier multo madefacta Lyæo. *3 de Art.*
Vinaque cum bibulas ſparſere cupidinis alas, *1 de Art.*
Permanet,& capto ſtat grauis ille loco.
Plebs venit,ac virides paſſim disiecta per herbas *3 Faſt.*

Potat,& accumbit cum pare quiſque ſua.
Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt,
Sunt quibus è ramis frondea facta caſa eſt.
Pars ſibi pro rigidis calamos ſtatuêre columnis,
Deſuper extentas impoſuêre togas.
Sole tamen vinóque calent,annosque precantur,
Quot ſumūt cyathos,ad numerūque bibunt.
Inuenies illic, qui Neſtoris ebibat annos,
Quę ſit per calices facta Sibylla ſuos.
Illic & cantant quidquid didicêre theatris,
Et iactant faciles ad ſua verba manus.
Et ducunt poſito duras cratere choreas,
Cultaque diffuſis ſaltat amica comis.
Cùm redeunt,titubant, & ſunt ſpectacula vulgi,
Et fortunatos obuia turba vocat.
Occurrit nuper, viſa eſt mihi digna relatu,
Pompa,ſenem potum pota trahebat anus.
Tibul.1. Nunc mihi fumoſos veteris proferte falernos
Conſulis,& Chio ſoluite vincla cado.
Vina diem celebrent,non feſta luce madere
Eſt rubor,errantes & malè ferre pedes.
3. Care puer madeant generoſo pocula Baccho,
Et nobis prona funde falerna manu.
1. Neu quiſquam multo perfuſum tempora Baccho
Excitet.—
2. At madidus Baccho ſua feſta Palilia paſtor
Concinet.—
Prop.3. Me iuuat & multo mentem vincire Lyæo,
Et caput in verna ſemper habere roſa.
1. Ebria cum multo traherem veſtigia Baccho,
Et quaterent ſera nocte facem pueri.
2. Heſterna mea lux cum potus nocte vagarer,
Nec me ſeruorum duceret vlla manus.
Ibidem. Largius effuſo madeat tibi menſa falerno,

Spu-

Spumet & aurato mollius in calice.
Vna tamen cauſſa eſt, quòd crimina tāta remittis, *Ibidem.*
Errabant multo quòd tua verba mero.
Et preſſi multo membra iacere mero. 2.

CAP. LVII.

TINGENDI LANAS.

Confer Amycleis medicatum vellus ahenis, *2 de Rem.*
Murice cum Tyrio turpius illud erit.
Vellere ſæpe eadem Tyrio medicantur aheno. *de med. fa*
Illic & Tyrium quæ purpura ſenſit ahenum *6 Met.*
Texitur.—
Hanc cole, qui maculas læſis de veſtibus aufers: *3 Faſt.*
Hanc cole, velleribus quiſquis ahena paras.
Phocaico bibulas tingebat murice lanas. *6 Met.*
Purpura ſæpe tuos fulgens protexit amictus, *3 de pont.*
Sed non Sarmatico tingitur illa mari.
Dat tenues tunicas, Getulo murice tinctas. *2 Faſt.*
Lana tot aut plures ſuccos bibit, elige certos. *3 de Art.*
Nec quæ bis Tyrio murice lana rubet. *Ibidem:*
O pereat, quicunque legit viridesque ſmaragdos, *Tibullus:*
Et niueam Tyrio murice tingit ouem.
Quidue in Erythræo legitur quæ littore concha, 3.
Tinctaque Sidonio murice lana iuuat?
Sola puellarum digna eſt, cui mollia charis 4.
Vellera det ſuccis bis madefacta Tyros.
Et uenit è rubro concha Erycina ſalo. *Prop. 3.*
Et Tyrus oſtrinos præbet Cadmæa colores.

GEORGII FABRICII, DESCRIPTIONVM VARIARVM LIBER IIII.

CAP. I.
QVATVOR HOMINVM AETATES.

PVERICIA.

6. Met. Barbaque dum rutilis aberat ſubnixa capillis.
9 Met. Penè puer, dubiaque tegens lanugine malas,
Ora reformatus primos Iolaus in annos.
12 Met. —Prima tectus lanugine malas.
2 Faſt. Nam puer impubes, & adhuc non vtilis annis.
Tibull. 1. Carior eſt auro iuuenis, cui leuia fulgent
Ora, nec amplexus aſpera barba terit.
O. 3 de ar Fœmina quid faciet, cum vir ſit læuior ipſa?
1 de Art. Sed puer eſt; ætas mollis & apta regi.
8 Met. Primis etiam nunc Neſtor in annis.—
9 Met. Inq; ſinu puerum, qui nondū impleuerat annum,
Dulce ferebat onus.

I X. *annorum.*

3 Met. Nanque ter ad quinos vnum Cephiſius annos
Addiderat, poteratque puer, iuuenisque videri.

X I I. *annorum*

4 Faſt. Filius huius erat primo laſciuus in æuo,
Addideratque annos ad duo luſtra duos.
8 Met. Nanque huic tradiderat fatorū ignara docendum
Progeniem germana ſuum, natalibus actis
Bis puerum ſenis, animi ad præcepta capacis.

X I I I. *annorum.*

9 Met. Tertius interea decimo ſucceſſerat annus.

X V. *annorum.*

Iam

Iam tria luſtra puer,furto conceptus,agebat. *2 Faſt.*
Is tria cum fecit primùm quinquennia,montes *4 Met.*
Deſeruit patrios.
Arcas adeſt,ter quinque ferens natalibus annos. *2 Met.*

XVI. *annorum.*

Pulcher,& octonis iterum natalibus actis, *13 Met.*
Signarat teneras dubia lanugine malas.
—Bis adhuc octonis integer annis. *5 Met.*
Sed patrij ſeruare lares,aluiſtis & ijdem, *Tibull.1*
Curſarem veſtros cùm tener ante pedes.
—Ptolemque miniſtret, *2.*
Laudat & ante tuos turba nouella pedes.

ADOLESCENTIA.

O nec adhuc iuuenis,nec iam puer,vtilis ætas, *In Sapph.*
O decus,atque æui gloria magna tui.
Dum noua lanugo eſt,pauidos formidine ceruos *5 Faſt.*
Terret.—
Seu caperis primis,& adhuc creſcentib.annis. *1 de Art.*
—Me primæ lanuginis ætas *In Sapp.*
Abſtulit,atque anni.—
Carmina cùm primùm populo iuuenilia legi, *4 Triſt.*
Barba reſecta mihi biſúe ſemelúe fuit.
Martia ter ſenos proles adoleuerat annos, *3 Faſt.*
Et ſuberat flauæ iam noua barba comæ.
—Dum primi floret tibi temporis ætas. *Tibull.1*
Dum vernat ſanguis,dum rugis integer annus, *Propert.4*
Vtere.—
Quid rapitis miſeros primæ lanuginis annos? *3.*

IVVENTVS.

—Huic ætas inter iuuenemque ſenemque *12 Met.*
Vis iuuenilis erat,variabant tempora cani.
Non me more patrum dum ſtrenua ſuſtinet ętas, *1 Amor.*
Præmia militiæ puluerulenta ſequi.
—Tunc cum iuuenilibus annis. *5 Faſt.*

Luxuriant animi,corporaque ipſa vigent.
6. *Met.* Ergo vbi conceſſit tempus puerile iuuentæ..
3 *Met.* ——Vóſne acrior ætas—O iuuenes,

Senectus.

1 *de pon.* Iam mihi deterior canis adſpergitur ætas,
Iamque meos vultus ruga ſenilis arat.
Iam vigor, & quaſſo languent in corpore vires,
Nec iuueni luſus qui placuêre,iuuant.
4.*Triſt.* Iam mihi cygneas imitantur tempora plumas,
Inficit & nigras alba ſenecta comas.
Iam ſubeunt anni fragiles, & inertior ætas,
Iamq; parum firmo me mihi ferre graue eſt.
2 *de Art.* Præcipuè ſi flore cadet,meliusque peractum eſt
Tempus,& albentes iam ligat illa comas.
4 *Triſt.* Iam mihi canicies pulſis melioribus annis
Venerat,antiquas miſcueratque comas.
14.*Met.* ——Sed iam felicior ætas
Terga dedit,tremuloq; gradu venit ęgra ſenectus.
2 *de Art.* Iam veniet tacito curua ſenecta pede.
3.*Triſt.* Iſta decens facies longis vitiabitur annis,
Rugaque in antiqua fronte ſenilis erit.
Iniicietque manum formæ damnoſa ſenectus,
Quæ ſtrepitum paſſu non faciente venit.
3 *Met.* Tempora maturæ viſurus longa ſenectæ.
9 *Met.* ——Qui propter amara ſenectæ
Tempora deſpicitur.
7 *Met.* Iam propior letho,feſſusque ſenilibus annis.
9 *Met.* Cũ videat feſſum Rhadamãthon & Aeacõ annis.
4 *Triſt.* Sic igitur tarda vires minuente ſenecta.
Me quoque donari iam rude tempus erat.
6.*Met.* Ipſe quoque egreditur tardus grauitate ſenili.
1 *Amor.* Illum dum refugis,quòd longo marcet ab æuo.
Ibidem: Cur ego plector amans,ſi vir tibi marcet ab annis?
8 *Met.* ——Raris iam ſparſus tempora canis.

Pa-

—Paruam *14. Met.*
Longa dies faciet, conſumptaque mēbra ſenecta.
—Cum veſtræ tot agantur ſecula vitę. *3. Met.*
Ante omneſque Lelex animo maturus, & æuo. *8 Meta.*
Viribus illa minor, nec habendis vtilis armis. *5 Faſt.*
—Senſit anus vicina loco, iuſſumq; ſedere *4 Faſt.*
Alloquitur, quatiens voce tremente caput.
Cum mea rugoſa pallebunt ora ſenecta, *Tibull. 3*
Et referam pueris tempora priſca ſenex.
—Dum tarda ſenectus *2.*
Inducat rugas, inficiatque comas.
Cum vetus infecit cana ſenecta caput. *1.*
Sic ego ſim, liceatque caput candeſcere canis, *Ibidem:*
Temporis & priſci facta referre ſenem.
Et nondum cani noſtros læſere capillos, *3.*
Nec venit tardo curua ſenecta pede.
Vidi iam iuuenem, premeret cum ſerior ætas. *. 1*
—Quem prole parata *Ibidem.*
Occupat in parua pigra ſenecta caſa.
Atque vbi iam Venerem grauis interceperit ætas, *Prop. 3.*
Sparſerit integras alba ſenecta comas.
Quid ſi iam canis ætas mea candeat annis, *2.*
Et faceret ſciſſas languida ruga genas?
A te cælatis ætas grauis vrgeat annis, *3.*
Et veniat formæ ruga ſiniſtra tuæ.
Quamuis te longè remorentur fata ſenectæ. *1.*

CAP. II.

AETATVM OMNIVM.

Quid non in ſpecies ſecedere quattuor annum *15. Met.*
Adſpicis, ætatis peragentem imitamina noſtræ?
Nam tener & lactens puerique ſimillimus æuo
Vere nouo eſt, tunc herba recēs & roboris expers
Turget, & inſolida eſt, & ſpe delectat agreſtes.
Omnia tum florent, florumq; coloribus almus
Lu-

Luditager,neq; adhuc virtus in frõdibus vlla eſt,
Tranſit in æſtatem poſt ver robuſtior annus,
Fitque valens iuuenis: neque enim robuſtior ætas
Vlla,nec vberior,nec quæ magis ardeat vlla eſt.
Excipit autumnus poſito feruore iuuentæ,
Maturus,mitisque,inter iuuenemque ſenemque
Temperie medius,ſparſus quoque tempora canis.
Inde ſenilis hyems tremulo venit horrida paſſu,
Aut ſpoliata ſuos,aut quos habet alba capillos:

Ibidem: Editus in lucem iacuit ſine viribus infans.
Mox quadrupes,rituq; tulit ſua mẽbra ferarum:
Paulatimq; tremens,& nondum poplite firmo
Conſtitit,adiutisque aliquo conamine neruis
Inde valens veloxque fuit,ſpaciumque iuuentæ
Tranſit,& emeritis medij quoque tẽporis annis
Labitur occiduæ per iter decliue ſenectæ,
Subruit hoc æui,demoliturque prioris
Robora.—

CAP. III.

QVATVOR ANNI TEMPESTATES.

1 de Rem. Poma dat autumnus, formoſa eſt meſſibus æſtas,
Ver præbet flores,igne leuatur hyems.

4 Triſt. Vere prius flores,æſtu numerabis ariſtas,
Poma per autumnum,frigoribusque niues.

Ver.

3 Triſt. Frigora iam Zephyri minuunt,annoque peracto
Longior antiquis viſa Meotis hyems.
Impoſitamque ſibi qui non bene pertulit Hellen,
Tempora nocturnis æqua diurna facit.
Iam violas puerique legunt,hilaresque puellæ,
Ruraque quæ nullo nata ſerente ferunt.
Prataque pubeſcunt variorum flore colorum,
Indocilique loquax gutture vernat auis.
Vtque malæ crimen matris deponat hirundo,

Sub

Sub trabibus cunas paruaque tecta facit.
Herbaque quæ latuit Cerealibus obruta ſulcis,
Exerit è tepida molle cacumen humo.
Quoq; loco eſt vitis, de palmite gēma mouetur:
Nam procul à Getico littore vitis abeſt.
Quoq; loco eſt arbor, turgeſcit in arbore ramus,
Nam procul à Geticis finibus arbor abeſt.
Arboribus redeunt detonſæ frigore frondes, *3 Faſt.*
Vuidaque in grauido palmite gemma tumet.
Quæque diu latuit, nunc quà ſe tollat in auras,
Fertilis occultas inuenit herba vias.
Nunc fœcundus ager, pecoris nunc hora creandi,
Nunc auis in ramo tecta laremque parat.
Vere nitent terræ, vere remiſſus ager, *4 Faſt.*
Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollunt,
Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.
Omnia tunc florent, tunc eſt noua temporis ætas, *1 Faſt.*
Et noua de grauido palmite gemma tumet.
Et modò formatis operitur frondibus arbos,
Prodit & in ſummum ſeminis herba ſolum.
Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent,
Ludit & in pratis luxuriatque pecus.
Tunc blandi Soles, ignotaque prodit hirundo,
Et luteum celſa ſub trabe fingit opus.
Tunc patitur cultus ager, & renouatur aratro.
Quot noua terra parit flores, cum vere tepenti, *3 de Art.*
Vitis agit gemmas, pigraque fugit hyems.
Ver erat æternum, placidique tepentibus auris *1 Met.*
Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.
Vere fruor ſemper, ſemper nitidiſſimus annus, *5 Faſt.*
Arbor habet frondes, pabula ſemper humus.
Tu neque ver ſentis cinctum florente corona, *3 de pont.*
Tu neque meſſorum corpora nuda vides.
Verque nouum ſtabat cinctum florente corona. *2 Met.*

4 *Faſt.* Sex vbi quæ reſtent luces Aprilis habebit,
In medio curſu tempora veris erunt.
Tibull. 3. Cum ſe purpureo vere remittit humus.

Aeſtas.

5 *Faſt.* Tunc mihi non dubiis auctoribus incipit æſtas,.
Et tepidi finem tempora veris habent.
2 *Meta.* Stabat nuda æſtas, & ſpicea ſerta gerebat.

Autumnus.

3 *de pon.* Nec tibi pampineas autumnus porrigit vuas.
4. *Faſt.* Venerat autumnus calcatis ſordidus vuis.
2 *Met.* Stabat & autumnus calcatis ſordidus vuis.

Hyems.

3. *Triſt.* At cum triſtis hyems ſquallentia protulit ora,
Terraque marmoreo eſt candida facta gelu.
2 *Met.* Et glacialis hyems canos hirſuta capillos.
Tibull. 1. —Quæ frigore ſola
Dormiat, & nulli ſit cupienda viro.

CAP. IIII.

SIGNORVM SOLARIVM.

Arietis.

9. *Met.* —Quotieſque repellit
Ver hyemem, Piſcique Aries ſuccedit aquoſo.
4 *Faſt.* Proxima cum veniet terras viſura patentes,
Memnonis in roſeis lutea mater equis:
De duce lanigeri pecoris, qui perdidit Hellen,
Sol abit. —
3 *Triſt.* Impoſitamque ſibi qui non bene pertulit Hellen,
Tempora nocturnis æqua diurna facit.

Tauri.

4 *Faſt.* —Egreſſo victima maior adeſt.
Vacca ſit an taurus, nō eſt cognoſcere prōptum,
Pars prior apparet, poſteriora latent.

Geminorum.

5 *Faſt.* In Geminos ex quo tempore Phœbus eat.

CAN-

Cancri.

Iam ſex & totidem luces de menſe ſuperſunt, *6 Faſt.*
Huic vnum numero tu tamen adde diem.
Sol abit è Geminis,& Cancri ſigna rubeſcunt.
Concaua littorei feruebant brachia Cancri. *10 Met.*

Leonis.

Virginis æthereis cum caput ardet equis. *1 de Art.*

Libræ.

Plura locuturi ſubito ſubducimur imbre, *4 Faſt.*
Pendula cœleſtes Libra mouebat aquas.

Scorpionis, & aliorum.

Per tamen aduerſi gradieris cornua Tauri, *2 Met.*
Hæmonioſque arcus,violentique ora Leonis,
Sæuaque circuitu curuantem brachia longo
Scorpion,atque aliter curuantē brachia Cancrum

Sagittarij.

Nona dies aderat,cum tu iuſtiſſime Chiron *5 Faſt.*
Bis ſeptem ſtellis corpora cinctus eras.

Capricorni,quarij.

Hæc vbi tranſierint,Capricorno Phœbe relicto, *1 Faſt.*
Per iuuenis curres ſigna regentis aquas.
Iam puer Idæus,media tenus eminet aluo, *2 Faſt.*
Et liquidas miſto nectare fundit aquas.
Iam leuis obliqua ſubſedit Aquarius vrna. *Ibidem.*

Piſcium.

Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum *9 Met.*
Finierat Titan.—

CAP. V.

VARIARVM STELLARVM, *vel ſiderum.*

Sæpe ego nimboſis dubius iactabar ab Hœdis, *1 Triſt.*
Sæpe minax Steropis ſidere pontus erat.
Fuſcabatque diem cuſtos Erymanthidos Vrſæ,
Aut Hyadas ſeris hauſerat Auſter aquis.

Vrſa

Vrſæ maioru,minoru'que.

Magna minorque feræ, quarũ regis altera Graias,
Altera Sidonias, vtraque ſicca, rates.
Omnia cum ſummo poſitæ videatis in axe,
Et maris occiduas non ſubeatis aquas:
Aethereamque ſuis cingens amplexibus arcem,
Veſter ab intacta circulus extet humo.

4.*Faſt.* Errat & in cælo, liquidique immania ponti,
Alloquitur gelido proxima ſigna polo.

Plauſtri.

4.*de Pon.* Proxima ſunt nobis plauſtri præbentia formam,
Et quæ præcipuum ſidera frigus habent.

Pleiadum.

2 *Meta.* Gurgite cæruleo ſeptem prohibete Triones,
Sideraque in cælum ſtupri mercede recepta
Pellite, ne puro tingatur in æquore pellex.

2 *de Pon.* —Proiectus in æquor
Arcturum ſubij, Pleiadumque minas.

Coronæ.

8 *Met.* —Sumtam de fronte coronam
Immiſit cælo, tenues volat illa per auras:
Dumque volat, gẽmæ nitidos vertuntur in ignes,
Conſiſtuntque loco, ſpecie remanente coronæ,
Qui medius nixique genu eſt, anguéque tenentis.

Caniculæ.

4 *Faſt.* Eſt canis, Icarium dicunt, quo ſidere moto
Tota ſitit tellus, præripiturque ſeges.

2 *Amor.* Sol licet admoto tellurem ſidere findat,
Et micet Icarij ſtella proterua canis.

Tibull. 1 Qualis & arentes cum findit Sirius agros,
Fertilis æſtiua Nilus abundet aqua.

2 —Calidi cum ſideris æſtus
Deponit flauas annua terra comas.

1. Sed canis æſtiuos ortus vitare ſub vmbra.

Vnda

Vnda ſub æſtiuum non adeunda canem. 3.
Et canis arenti torreat arua ſiti. 1.
Venit enim tempus, quo torridus æſtuat aër, *Propert.* 2
Incipit & ſicco feruere terra cane.

Pleiadum.

Curſerus verſare boues & plauſtra Bootes, 3.
Pleiadum ſpiſſo cur coit igne chorus?
O vtinam hybernæ duplicentur frigora brumæ, 1.
Et ſit iners tardis nauita Vergiliis.

Diuerſorum.

Ipſaque ſidera erunt nullis obſcura tenebris, 2.
Purus & Orion, purus & Hœdus erit.
Quid moueant piſces, animoſaque ſigna Leonis, 4.
Lotus & Heſperia quid Capricornus aqua.
Octipedis Cancri terga ſiniſtra time. *Ibidem.*
Quæritis & cælo Phœnicum inuenta ſereno,
Quæ ſit ſtella homini commoda, quæ ve mala.

Zodiaci. 4.

Aſpicienda via eſt cæli, verſuſque per aſtra 2.
Trames, & ab zonis quinque petenda fides.
Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes, 2 *Met.*
Zonarumque trium contentus fine, polumque
Effugit Auſtralem, iunctâq; Aquilonibus Arcton.

CAP. VI.

PLANETARVM.

—Nec vlla *In Ibin:*
Commoda naſcenti ſtella, leuis ue fuit.
Non Venus affulſit, non illa Iuppiter hora,
Lunaque non apto Sol ue fuere loco.
Nec ſatis vtiliter poſitos tibi præbuit ignes,
Quem peperit magno lucida Maia Ioui:
Te fera, nequicquam placidum ſpondentia, Martis
Sidera preſſerunt, falſiferique ſenis.
Stella tibi oppoſiti nocuit contraria Martis, 1 *Amor.*

Mars abiit, ſigno nunc Venus apta tuo.

Triſt.4. Feliceſque Iouis ſtellas, Martiſque rapacis,
Et graue Saturni ſidus in omne caput.

CAP. VII.

LVNAE,

15 Met. Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ
Eſſe poteſt vnquam: ſemperque hodierna ſequēte
Si creſcit, minor eſt: maior, ſi contrahit orbem.

In Cana. Iam nouies erat orta ſoror pulcherrima Phœbi,
Denaque Luciferos luna premebat equos.

2 Faſt. Lunaque fulgebat, nec facis vſus erat.

7 Met. Tres aberant noctes, vt cornua tota coirent,
Efficerentque orbem, poſtquam pleniſſima fulſit,
Et ſolida terras ſpectauit imagine Luna.

11 Met. —Iuro
Antè reuerſurũ quàm Luna bis impleat orbem.

In Phyll. Cornua cùm Lunæ pleno ſemel orbe coiſſent,
Littoribus noſtris anchora pacta tua eſt.
Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit,
Nec vehit Actæas Sithonis vnda rates.

7 Met. Dumque pater plenis expleuit cornibus orbem
Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem.

2 Met. Luna quater iunctis implêrat cornibus orbem.

8 Met. Sexta reſurgebant lunaria cornua Lunæ.

2 Met. Orbe reſurgebant lunaria cornua nono.

10 Met. —Iamque coactis
Cornibus in plenum nouies lunaribus orbem.

10. Met. Perque nouem errauit redeuntis cornua Lunæ.

3 Faſt. Annus erat, decimum cùm luna receperat orbem.

2 Faſt. Luna nouum decies implêrat cornibus orbem.

2 Faſt. Luna reſumebat decimo noua cornua menſe.

3 de Pon. Nox erat, & bifores intrabat Luna feneſtras,
Menſe ferè medio quanta nitere ſolet.

3. Met. Qualia dimidiæ ſinuantur cornua Lunæ.

—Mini-

—Minimos cùm Luna receſſit in orbes. 15. *Met.*
Nec refero Solisque vias,& qualis,vt orbem *Tibull.* 2.
Compleuit,verſis Luna recurrat equis.
Et medus cælo Luna ruberet equis. *Propert.* 1
—Qua deficit,vnde coactis 3.
Cornibus in plenum menſtrua Luna redit.
Septima iam plenæ deducitur orbita Lunæ. 2.

CAP. VIII.

DILVCVLI.

Tempus erat,vitrea,quo primum terra pruina *In eriad.*
Spargitur,& tectæ fronde queruntur aues.
Iamque pruinoſos molitur Lucifer axes, 1 *Amor.*
Inque ſuum miſeros excitat ales opus.
Nox vbi tranſierit,cælumque rubeſcere primò 4 *Faſt.*
Cœperit,& tactæ rore querentur aues:
Semuſtamque facem vigilata nocte viator
Ponet,& ad ſolitum ruſticus ibit opus.
Roſcida cùm primùm foliis excuſſa pruina eſt, 5 *Faſt.*
Et variæ radiis intepuêre comæ.
Manè vbi bis fuerit,Phœbusque iterauerit ortus, 6 *Faſt.*
Factaque erit poſito rora bis vda ſeges.
Quòd teneat lucis,teneat confinia noctis. 7 *Met.*

CAP. IX.

AVRORAE,

Cum Phrygis Aſſaraci Titonia fratre relicto, 4 *Faſt.*
Suſtulit immenſo ter iubar ore ſuum.
Cum croceis rorare genis Tithonia coniux 3 *Faſt.*
Cœperit.—
—Cùm præuia lucis 15. *Met.*
Tradendum Phœbo Pallantias inficit orbem.
Iam ſuper Oceanum venit à ſeniore marito, 1 *Amor.*
Flaua pruinoſo quæ vehit axe diem.
—Fulget tenebris aurora fugatis. 2. *Met.*
—Vigil nitido patefecit ab ortu *Ibidem.*

Purpureas aurora fores,& plena roſarum
Atria: diffugiunt ſtellæ, quarum agmina cogit
Lucifer, & cæli ſtatione nouiſſimus exit.
—Lucem
13 *Met.* Cùm croceis inuecta rotis aurora reducet.
Ibidem: Nox vbi conſumpta eſt, aurora rubeſcere primò
Cœperat.—
4 *Faſt.* Nox abiit, oriturque aurora.—
Ibidem: Proxima cum veniet terras viſura potentes,
Memnonis in roſeis lutea mater equis.
Ibidem: Proxima victricem cùm Romam inſpexerit Eos,
Et dederit Phœbo ſtella fugata locum.
Ibidem: Poſtea cùm cælo motis Pallantias aſtris
Fulſerit, & niueos Luna leuarit equos.
5 *Faſt.* Poſtea cùm roſeam pulſis Hyperionis aſtris
In matutinis lampada tollet equis.
4. *Met.* Poſtera nocturnos aurora remouerat ignes,
Solque pruinoſas radiis ſiccauerat herbas.
3 *Faſt.* Poſtera cùm teneras aurora refecerit herbas.
7. *Met.* Poſtera depulerant auroræ lumina noctem.
Ibidem. Poſtera depulerat ſtellas aurora micantes.
9 *Met.* Poſtera lux radiis totum patefecerat orbem.
15. *Met.* Poſtera ſidereos aurora fugauerat ignes.

CAP. X.

LVCIFERI.

5 *Faſt.* Iam Phryx à nupta quereris Tithone relinqui,
Et vigil Eois Lucifer exit aquis.
In Lean. Iamque fugatura Tithoni coniuge noctem,
Præuius auroræ Lucifer ortus erat.
3. *Triſt.* Hoc vtinam nitidi ſolis prænuncius, ortus
Afferat admiſſo Lucifer albus equo.
15. *Met.* —Cumque albo Lucifer exit
Clarus equo.—
1 *Amor.* Iamque pruinoſos molitur Lucifer axes

Inque

Inque ſuum miſeros excitat ales opus.
Admonitorque operum cælo clariſſimus alto 4 *Met.*
Lucifer ortus erat.—
—Cælo nitidiſſimus alto, 1.*Triſt.*
Stella grauis nobis Lucifer ortus erat.
Iam nitidum retegente diem, noctiſque fugante 8 *Met.*
Tempora Lucifero.—
Hinc vbi protulerit formoſa ter Heſperus ora, 5 *Faſt.*
Ter dederint Phœbo ſidera victa locum.
—Dum Lucifer ignes 4 *Met.*
Euocet Auroræ, curſus Aurora diurnos.

CAP. XI.

ORIENTIS SOLIS, VEL DIEI.

Sole ferè radiis feriente cacumina primis. 7 *Met.*
Lux ſubit, & primo feriente cacumine ſole 9.*Met.*
Diſcedunt.—
Ortus erat ſummo tantûmodò margine Phœbus. 3 *Faſt.*
At cùm ſe Titan oſtendit, & omnia ſecum. *In Sapp.*
—Iubar aureus extulerat Sol. 7 *Met.*
—Totum iam Sol emouerat orbem. 5 *Faſt.*
—Protulerit cùm totum craſtinus orbem *Ibidem:*
Cynthius.—
Protulerit terris cùm totum Cynthius orbem. *Ibidem.*
Vbi alma dies hebetarat ſidera.— 5. *Met.*
Eoo quoties ſurgit ab orbe dies. 4 *de Pon.*
—Liquido iubar æthere tollit 5 *Faſt.*
Candida Lucifero præueniente dies.
Dum rota Luciferi prouocet orta diem. *Tibull.* 1
Tandem cũ ſummo Phœbus proſpexit ab ortu. 3.
Splendidioꝛ liquidis cùm Sol caput extulit vndis. 4.
Et iam quarta canit venturam buccina lucem, *Propert.* 4
Ipſaque in Oceanum ſidera lapſa cadunt.

CAP. XII.

MERIDIEI.

3 *Met.* Iamq́ue dies medius rerum contraxerat vmbras,
Et Sol ex æquo meta diſtabat vtraque.
5 de Art. Iamq́ue dies medius tenues contraxerat vmbras,
Inque pari ſpacio veſper & ortus erant.
5 meta Fecerat exiguas iam Sol altiſſimus vmbras.
11 Met. —Medio cùm altiſſimus orbe
Tantum reſpiceret, quantum ſuperaſſe videret.
14. —Medio cum pluribus orbe
Sol erat, & minimas à vertice fecerat vmbras.
1 Met. Dum calet, & medio Sol eſt altiſſimus orbe.
10. Met. Iamq́ue ferè medius Titan venientis & actæ
Noctis erat, ſpacioq́ue pari diſtabat vtrinque.
3. Met. —Nunc Phœbus vtraque
Diſtat idem terra, finditq́ue vaporibus arua.
10. Met. Aeſtus erat, mediusq́ue dies, ſolisq́ue vapore
Concaua littorei ferucbant brachia Cancri.
1 Amor. Aeſtus erat, mediamq́ue dies exegerat horam.
2 Met. Vlterius medio ſpacium Sol altus habebat.
2 Faſt. Aut plus aut medium ſole tenente diem.
Ibidem. —Medias Sole tenente vias.

CAP. XIII.

SOLIS OCCIDENTIS.

2 Faſt. Proximus Heſperias Titan abiturus in vndas,
Gemmea purpureis cùm iuga demet equis.
In cydipp. —Cum iam prope luce peracta
Demere purpureis Sol iuga vellet equis.
4. Faſt. Dempſerat emeritis iam iuga Phœbus equis.
6 Met. Iam labor exiguus Phœbo reſtabat, equiq́ue
Pulſabant pedibus ſpacium decliuis Olympi.
11 Met. Pronus erat Titan, inclinatoq́ue patebat
Heſperium temone fretum.—
6 Faſt. At pater Heliadum radios vbi tinxerit vndis,
Et cinget geminos ſtella ſerena polos.
14. Met. Preſſerat occiduus Tarteſſia littora Phœbus.

Cau.

Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol. 15. *Met.*

—Lux tardè diſcedere viſa 4. *Met.*

Præcipitatur aquis,& aquis nox exit ab iiſdem.

Iamque cadente die veritus ſe credere noꝺti, *Ibidem.*

Conſtitit,—

Condere iam vultus Sole parante ſuos. 2. *Faſt.*

Heſperus & fuſco roſcidus ibat equo. *Ibidem.*

CAP. XIIII.

CREPVSCVLI,

Iamque dies exaꝺtus erat,tempusque ſubibat, 3 *Met.*

Quod tu nec tenebras,nec poſſis dicere lucem:

Sed cum luce tamen dubiæ confinia noꝺtis.

—Modò faꝺta crepuſcula terris *In Hyp.*

Vltima pars lucis,primaque noꝺtis erat.

Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo, 1 *Amor.*

Aut vbi nox abiit,nec tamen orta dies.

—Seram pepulêre crepuſcula lucem, 15 *Met.*

Vmbraque telluris tenebras induxerat orbi.

At ſimul inducent obſcura crepuſcula noꝺtem. 5 *Faſt.*

Inhoſpita teꝺta tyranni 1 *Met.*

Ingredior, traherent cùm ſera crepuſcula noꝺtem.

Inde domum redeũt ſub prima crepuſcula mæſti. 5 *Faſt.*

CAP. XV.

NOCTIS.

—Homines,volucresque ferasque 7. *Met.*

Soluerat alta quies,nullo cum murmure ſerpens,

Immotæque ſilent nullo cum murmure ſepes,

Immotæque ſilent frondes,ſilet humidus aer,

Sidera ſola micant—

Iamque quieſcebant voces hominumq; canũque, 1 *Triſt.*

Lunaque noꝺturnos alta regebat equos.

Iam color vnus ineſt rebus, tenebrisque teguntur 4 *Faſt.*

Omnia,iam vigiles conticuêre canes.

Tempus erat,quo cunꝺta ſilent,interque Triones 10 *Met.*

Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.

1 *Amor.* Vrbe ſilent tota, vitreoq́ue madentia rore
Tempora noctis erunt. —

4. *Faſt.* Interea placidam redimita papauera frontem
Nox venit, & ſecum ſomnia nigra trahit.

In Hero. Sic vbi lux acta eſt, & noctis amicior hora,
Exhibuit pulſa ſidera clara die.

15. *Met.* Et caput extulerat denſiſſima ſidereum nox.

6 *Faſt.* Humida cum pulſo nox erit orta die.

2 *Faſt.* Iamq́; vbi ſuadebit placidos nox humida ſomnos.

7 *Met.* Nox ſubit, & curis exercita corpora ſomnus
Occupat.—

1 *Met.* —Cum Sol tellure ſub alta eſt.

11 *Met.* —Nox cælum ſparſerat aſtris.

Tibull. 3. Iam non æthereum nigris emerſa quadrigis
Mundum, cæruleo lauerat amne rotas.

2. —Nox iungit equos, currumq́ue ſequuntur
Matris laſciuo ſidera fulua choro.

CAP. XVI.

NOCTIS INTEMPESTAE SEV CANTICINII.

5 *Faſt.* Nox vbi iam media eſt, ſomnoſq́; ſilentia præbēt,
Et canis, & variæ conticuiſtis aues.

10 *Met.* Noctis erat medium, curaſq́; ex corpore ſomnus
Soluerat.—

4 *Faſt.* Noctis erat medium, placidiq́ue ſilentia ſomni.

4. *Met.* Cum mediæ noctis ſpacio ſub imagine ſomni,
Inachis ante torum, pompa comitata ſacrorum
Aut ſtetit, aut viſa eſt.—

1 *Amor.* Peruigil in mediæ ſidera noctis eras.

6 *Faſt.* —Mediæ tempora noctis erant.

In Sapp. Hactenus vt media cetera nocte ſilent.
—Cum laſſà quiete

15 *Met.* Cuncta iacent media.—

Sub

Sub primum ſomnum.

Prima quies aderat, qua curis feſſa diurnis 8 *Met.*
Pectora ſomnus habet.—

CAP. XVII.

VARIORVM TEMPORVM.

HORAE VNIVS.

—Nec plena longior hora, 10. *Met.*
Pacta mora eſt.—

Plurium.

Quæ quanquam lingua mihi ſunt properãte per 3 *de Pon.*
Lecta ſatis multas, pauca fuiſſe queror. (horas

Diei.

Cum tamen altus equis Titan radiantibus inſtat. *In Herm.*

Diei vnius.

Proxima proſpiciet Tithono aurora relicto, 1 *Faſt.*
Arcadiæ ſacrum pontificale deæ.
Lucifer amborum natalibus affuit idem. 4 *Triſt.*
Iamque duas lucis partes Hyperione merſo, 8 *Met.*
Diſcubuêre thoris.—
—Ad finem lucis ab ortu. 15. *Met.*

Dierum trium.

Ter iuga Phœbus equis in Hibero flumine merſis 7 *Met.*
Demſerat, & quarta radiantia nocte micabant
Sidera.—
Ter ſine perpetuo cælum verſetur in axe; 4 *Faſt.*
Ter iungat Titan, terque reſoluat equos.
Tres vbi luciferos veniens præmiſerit Eos. 3. *Faſt.*

Quatuor dierum.

Inde quater paſtor ſaturos vbi clauſerit hœdos, *Ibidem:*
Canuerint herbæ rore recente quater.

Quinque dierum.

Quintus ab æquoreis nitidũ iubar extulit vndis 2. *Faſt.*
Lucifer, & primi tempora veris erant.

Sex dierum.

5. *Faſt.* Sextus vbi è terra cliuoſum ſcandet Olympum
Phœbus,& alatis æthera carpet equis.
Ibidem: Sex vbi ſuſtulerit, totidem quoque deſeret ortus,
Purpureo rapidum qui vehit axe diem.
15 *Met.* —Sextæ Pallantidos ortu
Italiam tenuit.—

Septem dierum.

2 *Amor.* Septima lux venit non exhibitura ſequentem.

Decem dierum.

14 *Met.* Proxima poſt nonā cum ſeſe aurora moueret.
4. *de Pon.* Luce minus decima dominam venietis in vrbem.
11 *Met.* Per bis quinque dies & iunctas ordine noctes,
Et iam ſtellarum ſublime coegerat agmen
Lucifer vndecimus.—

Noctium ſeptem.

In Leăd. Septima nox agitur,ſpaciū mihi longius anno.

Menſis vnius.

4 *de Pon.* Ergo vbi Iane biceps longum reſeraueris annum,
Pulſus & à ſacro menſe December erit.
1 *Triſt.* Aut hæc me gelido tremerem cū menſe Decēbri.
4 *de Pon.* Nam tibi finitum ſummo Græcine Decembri
Imperium,Iani ſuſcipit ille die.
7 *Met.* Alter agebatur poſt ſacra iugalia menſis.

Anni vnius.

3 *de pont.* Dum venit huc rumor,properataq́; carmina fiūt,
Factaque eunt ad vos,annus abiſſe poteſt.
4. *de Pon.* Dum tua peruenit,dum littera noſtra recurrens,
Tot maria & terras permeat,annus abit.
3 *Faſt.* Quo minus emeritis exiret curſibus annus.
14 *Met.* Annua nos illic tenuit mora.—
2 *de pon.* Hic mihi labentis pars anni magna peracta eſt.
6 *Met.* Signa Deus bis ſex acto luſtrauerat anno.
13 *Met.* —Cum ſol duodena peregit
Signa.—

An-

Annorum duorum.

Vt patria careo, bis frugibus area trita eſt, *4 Triſt.*
Diſſiluit nudo preſſa bis vua pede.
Bis me ſol adiit gelidam poſt frigore brumam, *Ibidem.*
Biſq́ue ſuum tacto Piſce peregit iter.
Hîc tibi biſq́ue æſtas, biſq́ue cucurrit hyems. *In hypſip.*
Tertia meſſis erat, cum tu dare vela coactus.
Signa recenſebat bis ſol ſua, tertius ibat *3 Faſt.*
Annus.—

Trium annorum.

Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum *9 Met.*
Finierat Titan.—
Vt ſumus in Ponto, ter frigore conſtitit Iſter, *5. Triſt.*
Facta eſt Euxini dura per vnda maris.

Quatuor annorum.

Hîc me pugnantem cum frigore, cumq́ue ſagittis, *1 de pon.*
Cumq́ue meo fato, quarta fatigat hyems.
Vt careo vobis Scythicas detruſus in oras, *Ibidem:*
Quatuor autumnus Pleias orta facit.

Quinque annorum.

—Iam tempora Titan *6 Met.*
Quinque per autumnos repetitis duxerat annis.
In Scythia nobis quinquennis Olympias acta, *4 de Pon.*
Iam tempus luſtri tranſit in alterius.

Sex annorum.

An graue ſex annis pulchram tenuiſſe Calypſo, *4 de Pon.*
Aequoreæq́ue fuit concubuiſſe deæ.
—Sed me iam Care niuali *Ibidem.*
Sexta relegatum bruma ſub axe videt.
Sex mihi natales ierant, cùm lecta parentis *In Sapp.*
Ante diem lacrimas oſſa bibêre meas.
Hæc mihi in Euxino bis tertia ducitur æſtas *4 de Pon.*
Littore, pellitos inter agenda Getas.

Septem annorum.

In Did. Per mare, per terras ſeptima iactat hyems.

Decem annorum.

12 *Met.* Iamque ferè tracto duo per quinquennia bello.

4 *de Pon.* —Vlyſſes
Iactatus dubio per duo luſtra mari.

Ibidem: —Vlyſsēm
Errantem ſæuo per duo luſtra mari.

Viginti annorum.

4 *Triſt.* Iamque decem vitæ frater geminauerat annos.

Quinquaginta annorum.

4 *Triſt.* Poſtque meos ortus Piſea vinctus oliua
Abſtulerat decies præmia victor eques.

In Ibin. Tempus ad hoc luſtris mihi iā bis quinq; peractis.

4. *Triſt.* Iamque decem luſtris omni ſine labe peractis.

Nonaginta annorum.

Ibidem. Et iam compleral genitor ſua fata, nouemque
Addiderat luſtris altera luſtra nouem.

Trecentorum annorum.

14. *Met.* Ter centum meſſes, ter centum muſta videre
Tempus erit.—

12 *Met.* —Vixi
Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.

Quingentorum annorum.

4 *Faſt.* Pòſt vt Roma potens opibus, iam ſecula quinque
Vidit, & edomito ſuſtulit orbe caput.

15. *Met.* Hæc vbi quinque ſuæ complerunt ſecula vitæ.

Quindecim dierum.

Tibull. 3 Languent ter quinos ſed mea membra dies.

Trecentorum annorum.

4. Vixerit ille ſenex quamuis, dum terna per orbem
Secula fertilibus Titan decurreret horis.

Ibidem: Terna minus Phyliæ miretur ſecula famæ,
Namque ſenex longæ peragit dum ſecula vitæ,
Centum fœcundos Titan renouauerat annos.

Dua-

Duarum noctium.

Iuppiter Alcmenæ geminas requieuerat arctos, *Prop. 2.*
Et cælum noctu bis ſine rege fuit.

Trium annorum.

Tertius haud multo minus eſt cũ ducitur annus. *3.*

Viginti annorum.

Occidit, & miſero ſteterat vigeſimus annus. *Ibidem:*
Penelope poterat bis denos ſalua per annos *2.*
Viuere, tam multis femina digna procis.
Me mediæ noctes, me ſidera plena iacentem, *1.*
Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.
Tu quoque qui æſtiuo ſpacioſius exigis ignes, *3*
Phœbe moraturæ contrahe lucis iter.

CAP. XVIII.

TEMPORIS PERPETVI.

—Teſtataque tempus in omne. *3 de pont.*
—Hic ſim licet omnibus annis. *1 de pon.*
Sufficit & longum probitas perdurat in æuum. *de med. fa*

CAP. XIX.

DIES NOCTESQVE.

Siue dies igitur caput hoc miſerabile cernit, *1 de Pon.*
Siue pruinoſæ noctis aguntur equi.
Siue die laxatur humus, ſeu frigida lucent *In Phyll.*
Sidera. —
Siue latet Phœbus, ſeu terris altior extat, *In Laod.*
Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.
Illum non vdis veniens aurora capillis *5 Met.*
Ceſſantem vidit, non Heſperus. —
Nulla venit ſine te nox mihi, nulla dies. *3. Triſt.*
Illa tibi noctes auferat, illa dies. *2 de Rem.*
Pectore te toto, totiſque incumbere neruis, *4. de Pon.*
Et niti pro me nocte dieque decet.
Nunc & amara dies, & noctis amarior vmbra eſt, *Tibull. 2.*
Omnia nam triſti tempora felle madent.

3. Quàm vellem longas tecum requieſcere noctes,
Et tecum longos peruigilare dies.
Prop. 3. Totque hyemis noctes, totque nataſſe dies.
1. Siue dies, ſeu nox venerit, illa mea eſt.
8. Vltima quæ Pæto noxque dieſque fuit.

CAP. XX.

AB ORTV SOLIS VSQVE AD OCCASVM.

4.Triſt. Ibit ad occaſum, quicquid dicemus ab ortu,
Teſtis & Heſperiæ vocis Eous erit.
5 Faſt. Seu quis ab Eoo nos impius orbe laceſſet,
Seu quis ab occiduo Sole domandus erit.
1 de Pon. Cæſaris ira mihi nocuit, quem Solis ab ortu,
Solis ad occaſus vtraque terra timet.
5 Met. —Natam
Solis ad occaſum, ſolis quærebat ab ortu.
5.Triſt. Vel quia vix ingens ad finem Solis ab ortu,
Illo cui paret mitius orbis habet.
3 de Pon. Qua nihil in terris ad finem Solis ab ortu
Clarius, excepto Cæſare, mundus habet.
In Ibin: —A veſpere Solis ad ortus.
4 Met. Sæpe ſub occaſus, ſæpe eſt delatus in ortus.
1 Met. Terrarum quaſcunque vident occaſus & ortus,
Nos tua turba ſumus—
4 Faſt. Longa ſit huic ætas, dominæque potentia terræ,
Sitque ſub hac oriens occiduuſque dies.
3 de Art Veſper & Eoæ nouêre Lycorida terræ.
1 Met. Littora voce replet ſub vtroque iacentia Phœbo.
Tibull. 1. Quaque patent ortus, & quà fluitantibus vndis
Solis anhelantes abluit amnis equos.
4. Cimmerion etiam obſcuras acceſſit ad oras,
Queis nunquam candente dies apparuit ortu,
Siue ſuper terras Phœbus, ſeu curreret infra.

CAP. XXI.

REGIONIS SEPTENTRIONALIS.

Quem nunc ſuppoſitũ ſtellis Erymanthidos Vrſę 5 *Triſt.*
Iuncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.
Suppoſitum ſtellis nunquam tangentibus æquor, 3 *Triſt.*
Me ſciat in media viuere barbaria.
Proxima ſideribus tellus Erymanthidos Vrſæ
Me tenet.—— 3. *Triſt.*
Diuidimur cælo, quęque eſt procul vrbe Quirini, 1 *de Pon.*
Aſpicit hirſutos cominus Vrſa Getas.
Barbara me tellus, & inhoſpita littora Ponti,
Cumque ſuo Borea Mænalis vrſa videt. 3 *Triſt.*
Quod Scythicis habitē, longè ſummotus, in oris, 4 *Triſt.*
Siccaque ſint oculis proxima ſigna meis.
——Cum ſim ſub cardine mundi,
Qui ſemper liquidis altior extat aquis. 2 *de pon.*
Vita procul patria, peragenda ſub axe Boræo eſt, 4 *Triſt.*
Quà maris Euxini terra ſiniſtra iacet.
Quæque Lycaonio terra ſub axe iacet.
——Hæc gelido terra ſub axe latet. 3 *Triſt.*
Parrhaſiæ gelido virginis axe premor. 5 *Triſt.*
——Triſtior iſta 2 *Triſt.*
Terra ſub ambobus non iacet vlla polis. 2 *de Pon.*
Ille relegatum gelidos Aquilonis ad ortus. *In Ibin.*

CAP. XXII.

ZONARVM.

Vtque duæ dextra cælum, totidemque ſiniſtra 1 *Met.*
Parte ſecant Zonæ, quinta eſt ardentior illis:
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura Dei, totidemque plagæ tellure premuntur:
Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu.
Nix tegit alta duas, totidem inter vtranq; locauit,
Temperiemque dedit miſta cum frigore flamma.
Tibullus, in Hexametro:
Nam circunfuſo conſiſtit in aëre tellus,

Et

Et quinque in partes totus diſponitur orbis.
Atque duæ gelido vaſtantur frigore ſemper,
Illic & denſa tellus abſconditur vmbra,
Et nulla incepto permittitur vnda liquore,
Sed durata riget denſam in glaciemq; niuemque:
Quippe vbi non vnquã Titan ſuper ingerit ortus.
At media eſt Phœbi ſemper ſubiecta calori,
Seu propior terris æſtiuum fertur in orbem,
Seu celer hybernas properat decurrere luces,
Non ergo preſſo tellus conſurgit aratro,
Nec frugem ſegetes præbent,nec pabula terræ,
Non illic colit arua deus Bacchus ue Ceres ue,
Nulla nec exuſtas habitant animalia partes.
Fertilis hanc inter poſita eſt,interque rigentem,
Noſtraq; & huic aduerſa ſolo pars altera noſtro:
Quas ſimiles vtrinque tenens vicinia cæli,
Temperat alter, & alterius vires negat aer.
Hinc placidus nobis per tempora labitur annus,
Hîc & colla iugo didicit ſubmittere taurus,
Et lenta excelſos vitis conſcendere ramos:
Tondeturque ſeges maturos annua partus,
Et ferro tellus,pontus confinditur ære.

CAP. XXIII.

VENTORVM.

1 *Met.* Eurus ad Auroram,Nabathæaque regna receſſit,
Perſidaque & radiis iuga ſubdita matutinis.
Veſper, & occiduo quæ littora Sole tepeſcunt,
Proxima ſunt Zephyro.Scythiã, ſeptemq; triones
Horrifer inuaſit Boreas.contraria tellus
Nubibus aſſiduis, pluuioque madeſcit ab Auſtro.
1 *Triſt.* Nam modò purpureo vires capit Eurus ab ortu,
Nunc Zephyris ſero veſpere miſſus adeſt.
Nunc gelidus ſicca Boreas bacchatur ab Arcto,
Nunc Notus aduerſa prælia fronte gerit.

Nam

Nam modò Treiicio Borea, modò currim⁹ Euro, *2 de Art.*
Sæpe tument Zephyro lintea, ſæpe Noto.
Hinc oritur Boreas, oráque domeſticus huic eſt, *4 de Pon.*
Et ſumit vires à propiore loco.
At Notus, aduerſo tepidus qui ſpirat ab axe,
Eſt procul, & rarus languidiórque venit.

De Borea:

Apta mihi vis eſt, hac triſtia nubila pello, *6 Met.*
Hac freta concutio, nodoſáque robora verto,
Induróque niues, & terras grandine pulſo.
Idem ego, cum fratres cælo ſum nactus aperto,
(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor,
Vt medius noſtris concurſibus inſonet æther,
Exiliántque cauis eliſi nubibus ignes.
Idem ego, cum ſubij conuexa foramina terræ,
Suppoſuíque ferox imis mea terga cauernis,
Sollicito manes, totúmque tremoribus orbem.

de eodem:

Tantáque commoti vis eſt Aquilonis, vt altas *3. Triſt.*
Aequet humo turres, tectáque rapta ferat.
Noti deſcriptionem habes. 1. *met.*

CAP. XXIIII.

SCYLLAE ET CHARYBDIS.

Scylla latus dextrum, læuũ irrequieta Charybdis *13 meta*
Infeſtat: vorat hæc raptas, reuomítque carinas:
Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum,
Virginis ora gerens. —
—Scylla vorax, Scyllæque aduerſa Charybdis. *In Ibin.*
Nec Scyllæ ſæuo conterruit impetus orbe, *Tibull. 1.*
Cum canibus rapidas inter freta ſerperet vndas:
Nec violenta ſuo conſumpſit more Charybdis.
Vel ſi ſublimis fluctu conſurgeret imo,
Vel ſi interrupto nudaret gurgite pontum.
Crede mihi, nobis miteſcet Scylla, nec vnquam *Prop. 2.*

Alternante vorans vaſta Charybdis aqua.

4\. Scyllaque,& alternas ſciſſa Charybdis aquas.

Scylla.

In Med. Aut me Scylla rapax canibus miſiſſet edendum,
Debuit ingratis Scylla nocere viris.

Charybdis.

4 de Pon. Nec potes infeſtis æquare Charybdin Achæis,
Ter licet epotum, ter vomat illa fretum.

2 de Rem. Hîc vomit epotas dira Charybdis aquas.

3 Amor. Nec quas ſubmerſis ratibus ſaturata Charybdis
Fundit,& effuſas ore receptat aquas.

CAP. XXV.

PLVVIARVM.

1 Met. Pœna placet diuerſa,genus mortale ſub vndis
Perdere,& ex omni nimbos dimittere cælo.

2 Met. Sed neque,quas poſſet terris inducere nubes,
Tunc habuit,nec quos cælo demitteret imbres.

14 Met. Intonuit dicente dea,tonitrumque ſecuti
Cum ſaliente graues ceciderunt grandine nimbi,
Aeraque & tumidum ſubitis concurſibus æquor
Aſtræi turbant,& eunt in prælia fratres.

11 Met. Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres,
Inque fretum credas totum deſcendere cælum,
Inque plagas cæli tumefactum aſcendere pontum.

1 Met. Fit fragor,& denſi funduntur ab æthere nimbi.

2 Faſt. Sol fugit,& remouent ſubeuntia nubila cælum,
Et grauis effuſis decidit imber aquis.

4 de Pon. Nulla dies adeò eſt auſtraiibus humida nimbis,
Non intermiſsis vt fluat imber aquis.

5 Met. Et modò Sol nimiꝰ,nimius modò corripit imber.

2 Faſt. Sæpe graues pluuias àdopertus nubibus æther
Concitat.

5 Faſt. —Cælum nigreſcit ab Auſtris,
Et ſubita frondes decutiuntur aqua.

—Cum

—Cum multis lucibus ante *2 de Pon.*
Fuderit aſſiduas nubibus Auſter aquas.
—Contraria tellus *1 Met.*
Nubibus aſſiduis,pluuioque madeſcit ab Aſtro.
Non mihi pigra nocent hybernæ frigora noctis, *Tibull. 1*
Non mihi cum multa decidit imber aqua.
Quamuis prætexens picta ferrugine cælum *Ibidem:*
Venturam admittat imbrifer Arcas aquam.
Aut gelidas hybernus aquas cùm fuderit Auſter. *Ibidem:*

CAP. XXVI.

TEMPESTATVM.

Aſpera creſcit hyems,omniq́ue à parte feroces *11 Met.*
Bella gerunt venti,fretaque indignantia miſcent,
Ipſe pauet,nec ſe quis ſit ſtatus,ipſe fatetur,
Scire ratis rector,nec quid iubeat ue velit ue,
Tanta mali moles,tantoq́ue potentior arte eſt.
Quippe ſonant clamore viri,ſtridore rudentes,
Vndarum incurſu grauis vnda, tonitribus æther,
Fluctibus erigitur,cælumq́ue æquare videtur
Pontus,& inductas aſpergine tangere nubes.
Et modò cum fuluas ex imo verrit harenas,
Concolor eſt illis. Stygia modò nigrior vnda,
Sternitur interdum,ſpumiſq́ue tumentibus albet.
Ipſa quoque hìc agitur vicibus Trachinia puppis,
Et nunc ſublimis veluti de vertice montis
Deſpicere in valles,imumq́ue Acheronta videtur:
Nunc vbi demiſſam curuum circumſtetit æquor,
Suſpicere inferno ſummum de gurgite cælum:
Sæpius ingentem fluctu latus icta fragorem,
Nec leuius pulſata ſonat,quàm ferreus olim,
Cum laceras aries baliſta ue concutit arces:
Vela madent nimbis,& cum cæleſtibus vndis
Aequoreæ miſcentur aquæ.caret ignibus æther.
Cæcaq; mox premitur tenebris hyemiſq;, ſuiſque

Diſcutiunt tamen has, prębentq; micantia lumen
Fulmina, fulmineis ardeſcunt ignibus vndæ.
Dat quoque iam ſaltus intra caua texta carinæ
Fluctus, & vt miles numero præſtantior omni,
Cum ſæpe aſſiliit defenſæ męnibus vrbis,
Spe potitur tandem: laudisque accenſus amore,
Inter mille viros murum tamen occupat vnus:
Sic vbi pulſarunt celſi latera ardua fluctus,
Vaſtius inſurgens, decimæ ruit impetus vndæ.

1 *Faſt.* Me miſerum, quanti montes voluũtur aquarum,
Iamiam tacturos ſidera ſumma putes.
Quantæ diducto ſubſidunt æquore valles,
Iamiam tacturas Tartara nigra putes.
Quocunque aſpicio, nihil eſt niſi põtus & æther,
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.
Inter vtrunque fremũt immani murmure venti,
Neſcit cui domino pareat vnda maris.
Rector in incerto eſt, nec quid fugiat ue petatue
Inuenit, ambiguis ars ſtupet ipſa malis.
Scilicet occidimus, nec ſpes eſt vlla ſalutis,
Dumque loquor, vultus obruit vnda meos.
Hei mihi quàm celeri micuerunt nubila flamma,
Quantus ab æthereo perſonat axe fragor.
Nec leuius laterum tabulæ feriuntur ab vndis,
Quàm graue baliſtæ mœnia pulſat onus.
Qui venit hic fluctus, fluctus ſupereminet omnes,
Poſterior nono eſt, vndecimoque prior.

3 *Faſt.* Vela cadunt primò, & dubia librantur ab aura,
Findite remigio, nauita dixit, aquas.
Dumque parant torto ſubducere carbaſa lino,
Percutitur rapido puppis adunca Noto.
Inque patens æquor, fruſtra pugnante magiſtro,
Fertur, & ex oculis viſa refugit humus.
Aſſiliunt fluctus, imóque à gurgite pontus

Vertitur, & canas alueus haurit aquas.
Vincitur ars vento, nec iam moderator habenis
Vtitur, at votis is quoque poſcit opem.
Iactatur tumidas exul Phœniſſa per vndas.
Me miſerum, quantis nigreſcunt æquora ventis, *1 Triſt.*
Erutaque ex imis feruet arena vadis.
Monte nec inferior proræ puppíque recuruæ
Inſilit, & pictos verberat vnda deos.
Pinea texta ſonant, pulſi ſtridore rudentes,
Aggemit & noſtris ipſa carina malis.
Nauita confeſſus gelidum pallore timorem,
Iam ſequitur victus, non regit arte ratem.
Vtque parum validus non proficientia rector
Ceruicis rigidæ frena remittit equo:
Sic non quò voluit, ſed quò rapit impetus vndæ,
Aurigam video vela dediſſe rati.
Nunc quoque cõtenti ſtrident aquilone rudentes, *Ibidem.*
Inque modum tumuli concaua ſurgit aqua.
Ipſe gubernator tollens ad ſidera palmas,
Expoſcit votis, immemor artis, opem.
Quocunque aſpexi, nihil eſt niſi mortis imago.
Fluctibus immodicis Athamãtidos æquora canẽt, *In Leãd.*
Vixque manet portu tuta carina ſuo.
Ipſa vides cælum pice nigrius, & freta ventis *Ibidem.*
Turbida, perque cauas vix adeunda rates.
Et mea cymba ſemel vaſta percuſſa procella, *1 Triſt.*
Illum, quo læſa eſt, horret adire locum.
—Quanto planguntur litora fluctu, *In Hero.*
Et latet obſcura condita nube dies.
—Aequora ſemper *1 de pon.*
Ventorum rabie ſolibus orba tument.
Sollicitum raucis vt mare feruet aquis. *In Lean.*

CAP. XXVII.

SERENITATIS.

5 *Met.* Deſicrant imbres, victoque Aquilonibus Auſtro
Fuſca repurgato fugiebant nubila cælo.
1 *Met.* Nubila diſiecit, nimbiſque Aquilone remotis,
Et cælo terras oſtendit, & æthera terris.
4 *Faſt.* Nam modò ſiccus erat gelidis Aquilonibꝰ annus,
Nunc ager aſſidua luxuriabat aqua.
Ibidem: Sicca diu fuerat tellus, ſitis vſſerat herbas.
2 *Triſt.* Nunc vbi detonuit, ſtrepituque exterruit orbem
Purum diſcuſſis aera reddit aquis.
2 *de Pon.* Numine cæleſti ſolem fulſiſſe ſerenum.
Prop. 3. Tranſeat hic ſine nube dies, ſtent aere venti,
Ponat & in ſicco molliter vnda minas.

LIBRI IIII DE RE POETICA FINIS.

LECTORI S,

*Qua occaſione Fabricius pag. 40. vbi plures vno in verſi
pluriũ ſyllabarum dictiones damnat, Haſſenſtenij ludi
crum carmen præclariſſimis ſuis obſeruationibus immi
ſcere voluit; ea nobis quoque operæ pretium viſum eſt
ad homæoteleuta illa pag. 38. quæ Ouidio ſine affectatio-
ne exciderunt, eiuſdem generis carmen lepidiſſimum hi
ſubiicere, quod nos in fronte manu ſcripti codicis multo a
tiquiſſimi, vnde Ouid. Metamorphoſes nuper iuſſimus c.
ſtigari, litteris vetuſtate pæne deletis exaratum inueni-
mus. profectũ videtur ab homine doctiſſimo ineptos ſui ſ
culi poëtas imitante. facit vt ita credá facilitas carmin.
& adſperſa quædam non vulgaria. Ipſe iudicabis Val.*

Pergama flere volo fato Danais data ſolo,
Solo dapta dolo, capta, redacta ſolo.
Ex Helicone ſona, quæ prima tenes Helicona:
Et metra me dona fingere poſſe bona.
Eſt Paris abſque pare, videt, audet, quærit amare:
Audet tentare furta, pericla, mare.
Quærit & accedit, clam tollit, clamque recedit,

Nau-

Nauta ſolo cedit, fit fuga, prædo redit.
Tuta libido maris dat thura Cupidinis aris,
Ciuibus ignaris quid paret arma Paris.
Poſt curſus Helenæ currunt Lariſſa, Mycenæ,
Mille rates plenæ fortibus abſque ſene.
Exſuperare ratus viduatorem viduatus
Fædere nudatus fæderat enſe latus.
Pergama dia ſecus figit tentoria Græcus
Impetitur męcus, & fabricatur ecus.
Plena malæ prolis parit hoſtem machina molis,
Deſtruiturque dolis tam populoſa polis
Nutu Iunonis, & iniqui fraude Sinonis
Exuitur donis vrbs modo plena bonis.
Sæua quid euadis? quid tradita cetera tradis?
Cur rea tu cladis non quoque clade cadis.
Verſa licet vota tibi ſint tua, vitaque tota;
Non eris ignota, non eris abſque nota.
Paſſa modò Paridē, Paridē modò, Theſea pridē,
Es factura fidem ne redeas in idem.
Rumor de veteri faciet ventura timeri:
Cras poterunt fieri turpia, ſicut heri.

LATINORVM POETARVM INTER SE COMPARATIONES EX IVLII CAESARIS SCALIGERI CRITICO DESVMPTAE.

NEQVE paucis,neque plebeis exemplis comparatum nobis puto , vt inire poſſimus rationem rerum naturas exprimendi. Neque enim alio modo imitamur quæ dixerint priores: quàm illi res ipſas imitati ſunt. Vbi haud parũ dubitandum eſt , vtrum potius eueniat nobis , Iuuemurne aliorum inuentione : videmus enim & quæ viderunt illi & quæ nobis, non viſa ſibi, videnda reliquerunt: An premamur iniquius: quippe præuenti, raro meliora poſſumus addere bonis. Nam poſteaquam liberum laxúmque dicendi genus ex Homero caſtigauit diuinus Maro : poſteriores poëtæ , quid quóue modo dicerent , vix inuenere. quare Latinorum quoque ingenia ſunt inter ſe conferenda: quorũ indicio noſtri operis apparatus fiat luculentior. Primùm igitur certis materiis quaſi capita quædam ſtatuantur. deinde, ſi quid præterea fecerit ad rem: vt ſeſe illa dabunt , excipientur . A peſtilentia placuit incipere, quæ in iij. limatiſſimi operis vicit omnium mortalium vel laudem vel obtrectationem.

PESTILENTIA.

Hic quondam cæli vitio miſeranda coörta eſt
Tempeſtas,totoque Autumni incanduit æſtu:
Et genus omne neci pecudũ dedit,omne ferarum:
Corrupitque lacus,infecit pabula tabo.

Lucretius in vi. ex Thucydide,

mortifer æſtus
Finibus in Cecropis funeſtos reddidit agros:

Va-

Vaſtauítque vias: exhauſit ciuibus vrbem.

Ouidius in vij,

Dira lues populis,odio Iunonis iniquę
Incidit: exoſæ dictas à pellice terras.
Principiò cælum ſpiſſa caligine terras
Preſſit,& ignauos incluſit protinus Auſtros.
Conſtat & in fontes vitium veniſſe,lacúſque.

Virgilius,

Nec via mortis erat ſimplex:ſed vbi ignea venis
Omnibus acta ſitis miſeros adduxerat artus,
Rurſus abundabat fluidus liquor: omniáque in ſe
Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat.

Lucretius,

Nec nimio cuiquam poſſes ardore tueri
Corporis in ſummo ſummam ferueſcere partem;
Sed potius tepidum manibus proponere tactum.
Intima pars homini verò flagrabat adeſa.
Inciderunt ipſo venientes ore patente:
Inſedabiliter ſitis arida corpora merſans
Æquabat multum paruis humoribus imbrem.

Virgilius,

Quæſitæque nocent artes:ceſſere magiſtri
Phyllirides Chiron, Amithaoniúsque Melampus.

Lucretius,

Nec requies erat vlla mali:defeſſa iacebant
Corpora: muſſabat tacito medicina timore.

Ouidius,

Dum viſum eſt mortale malum,tantæque latebat
Cauſſa nocens cladis,pugnatum eſt arte medēdi:
Exitium ſuperabat opes,victæque iacebant.

Sane cauſa efficacior apud Ouidium, propter quam nullo vſui eſſent artes. quippe morbus non erat à vitio elementorum tantùm,ſed etiam ab ira deorū. quare non ſolùm pro aliis fruſtra medici,ſed pro ſe temerè: nempe,

-inque ipſos ſæua medentes
Erumpit clades: obſuntque auctoribus artes.

Silius in X I I I I.

Succubuit medicina malis: cumulantur acerui
Labentum, & magno cineres ſeſe aggere tollunt.

Virgilius,

Sæpe in honore deûm medio ſtans hoſtia ad arã,
Lanea dum niuea circundatur infula vitta,
Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros:
Aut ſi quam ferro mactauerat ante ſacerdos,
Inde neque impoſitis ardent altaria fibris,
Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates:
Ac vix ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri;
Summáque ieiuna ſanie infuſcatur arena.

Ouidius,

Admoti quoties templis dum vota ſacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum:
Haud expectato ciciderunt vulnere tauri.

Et mox more ſuo iterum,

-mugitus victima diros
Edidit, & ſubitò collapſa ſine ictibus vllis
Exiguo tinxit ſubiectos ſanguine cultros.

Vbi eſt plena Virgilianorum imitatio.

Fibra quoque ægra notas veri, monituſque deorũ
Perdiderat.

Hæc quoque illa referunt ſuperiora.

Virgilius,

Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad præſepia reddunt.
Hinc canibus blãdis rabies venit: & quatit ægros
Tuſſis anhela ſues, ac faucibus angit obeſis.

Silij quoque conatus attendere poteris: ſic enim in X I I I I,

Criniger aſtriferis Titan feruoribus auras,

Et patulam Cyanen, latéque paluſtribus vndis
Stagnantem, Stygio Cocyti oppleuit odore:
Temporáque Autumni latis florentia donis
Fœdauit, rapidóque accendit fulminis igni.
Fumabat craſſus nebulis caliginis aer:
Squallebat tellus vitiato feruida dorſo,
Nec victum dabat, aut vllas languētibus vmbras:
Atque ater piceam vapor exſpirabat in æthram.

Hinc Homerum ſequitur.

Vim primi ſenſere canes: mox nubibus atris
Fluxit deficiens penna labente volucris:
Inde feræ ſiluis ſterni.

In quos verſus cùm à ſuperioribus incidas, videaris balbutientem ſcholaſticum audire.

Lucretius,

-cumprimis fida canum vis
Strata viis, animam ponebat in omnibus ægram,
Extorquebat enim vitam vis morbida membris.

Ouidius,

Strage canum primò, volucrúmque, auiúmque, boúmque:
Inque feris ſubiti deprenſa potentia morbi.

Virgilius,

Labitur infelix ſtudiorum, atque immemor herbę
Victor equus, fontéſque auertitur, & pede terram
Crebra ferit: demiſſæ aures, incertus ibidem
Sudor, & ille quidem morituris frigidus aret:
Pellis & ad tactum tractanti dura reſiſtit.

Ouidius,

Acer equus quondam, magnæq; in puluere famæ
Degenerat, palmæ veterumque oblitus honorum
Ad præſepe gemit morbo moriturus inerti.

Silius,

Heu dolor inſignis notis bellator in armis

Ignauo

Ignauo rapitur letho.

Deinceps proſequitur Maro in armentis morbi ſigna & mortis, ac remedia diuinitus: quippe tum caſtiſſimè tum luculentiſſimè. mox verò illa vere Apolline digna,

Ecce autem duro fumans ſub vomere taurus
Concidit, & miſtum ſpumis vomit ore cruorem,
Extremóſque ciet gemitus. it triſtis arator
Mærentem abiungens fraterna morte iuuẽcum,
Atque opere in medio defixa reliquit aratra.

Tum illa cælo ipſo profectò delapſa,

Non vmbræ altorum nemorũ, nõ mollia poſſunt
Prata mouere animum: nõ qui per ſaxa volutus
Purior electro campum petit amnis; at ima
Soluuntur latera, atq; oculos ſtupor vrget inertes,
Ad terramque fluit deuexo pondere ceruix.

Satis hæc erant ad deterrendum animos ſapientum ab imitatione: verùm ea his addidit, quæ etiam obtererent audaciam.

Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere terras
Inuertiſſe graues? atqui non Maſſica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuêre repoſtæ.
Pocula ſunt fontes liquidi, atque exercita curſu
Flumina, nec ſomnos abrumpit cura ſalubres.

Quæ equidem malim à me excogitata atque confecta, quàm vel Cræſum vel Cyrum ipſum dicto habere audientem.

Ouidius autem properat: nullum enim ſpatium reliquit ille, in quo veſtigium poſſet ponere:

Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros, medióque recumbere ſulco.

Virgilius,

Non lupus inſidias meditatur ouilia circum,

Nec

Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illam
Cura domat. timidi damæ ceruíque fugaces
Nunc intérque canes,& circum tecta vagantur.

Ouidius,

Non aper iraſci meminit:nec fidere curſu
Cerua,nec armentis incurrere fortibus vrſi.
Omnia languor habet.Syluíſque,agríſq;,viíſque
Corpora fœda iacent:viciantur odoribus auræ.

Virgilius poſt hæc ſerpentum clades canit: ab illo nulla de auibus verò,

Ipſis eſt aer auibus non æquus:& illæ
Alta præcipitem vitam ſub nube relinquunt.

Lucretius ſimpliciter,

Nec tamen omnino temerè illis ſedibus vlla
Comparebat auis.

Verum quæ ſequuntur non ſolùm narrationi, ſed etiā cuiuis expectationi finem imponere poterunt,

Balatu pecorum,& crebris mugitibus amnes
Arentéſque ſonant ripæ,colléſque ſupini.
Iámque cateruatim dat ſtragem: atq; aggerat ipſis
In ſtabulis turpi dilapſa cadauera tabo:
Donec humi tegere, ac foliis abſcondere diſcunt
Nam neque erat coriis vſus:neq; viſcera quiſquā
Aut vndis abolere poteſt,aut vincere flamma:
Nec tondere quidem morbo illuuiéque pereſa
Vellera,nec telas poſſunt attingere putres.
Verùm etiam inuiſos ſi quis tentarat amictus:
Ardentes papulæ, atque immundus olentia ſudor
Membra ſequebatur,nec longo deinde moranti
Tempore contractos artus ſacer ignis edebat.

Lucretius,

Multáque humi cùm inhumata iacerent corpora ſupra
Corporibus: tamen alituum genus atque ferarum

Aut procul abſiliebat,ne acrem exciret odorem:
Aut vbi guſtabat,languebat morte propinqua.
Virgilius,
Præterea nec iam mutari pabula refert.
Lucretius,
Nec refert,vtrum nos in loca deueniamus
Nobis diuerſa,& cæli mutemus amictum:
An cælum nobis naturam intro corruptam
Deferat.

Multa præterea,quæ prolixius proſequitur Thucydides, omiſit diuinus Poeta duabus de cauſis: nanque & faſtidium ſemper fugit:quæ virtus habenarum laxatores iſtos defecit: Lucanum dico, Statium atque alios. & de gregibus cùm ſcriberet, particulatim humanos interitus deſcribendos aliis permiſit iudiciis: ipſe ſuo eſt vſus. Lucretius autem,qui rerum naturam canit,iure minutiora perſecutus eſt: nec minore Ouidius ratione: quippe in Pelei perſona abſumptum narrat populum. Non ſunt igitur contemnenda ſi qua conueniant apud vtrumque. Spectemus igitur quid ad Lucretij puritatem addiderit Ouidius; Lucretius,

Principiò caput incenſum feruore gerebant,
Et duplices oculos ſuffuſa luce rubentes.
Sudabant etiam fauces intrinſecus atro
Sanguine, & vlceribus vocis via ſepta coibat,
Atque animi interpres manabat lingua cruore,
Debilitata malis,motu grauis,aſpera tactu.
Inde vbi per fauces pectus complerat,& ipſum
Morbida vis in cor mæſtum confluxerat ægris:
Omnia tum verò vitai clauſtra lababant,
Spiritus ore foras tetrum voluebat odorem:
Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu.
Ouidius,
Viſcera torrentur primò,flammíſque fathiſcunt.
Indi-

Indicium, rubor eſt, & ductus anhelitus igni.
Aſpera lingua tumet, tepidíſque arentia ventis
Ora patent, auræque graues captantur hiatu.
Non ſtratum, non vlla pati medicamina poſſunt.

Silius quoque aliquid, tanquam cornicula meditatus eſt:

Arebat lingua: & gelidus per viſcera ſudor
Corpore manabat tremulo. deſcendere fauces
Abnuerant ſiccæ iuſſorum alimenta ciborum.
Aſpera pulmonem tuſſis quatit: & per anhela
Igneus efflatur ſitientum ſpiritus ora.
Lumina ferre grauem vix ſufficientia lucem.
Vnca nare iacent, ſaniéſque immiſta cruore
Expuitur: membríſque cutis tegit oſſa pereſis.

Lucretius,

Multi præcipites lymphis putealibus altè
In fluuios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant, nudũ iacientes corpus in vndas.
Inciderunt ipſo venientes ore patente.
Inſedabiliter ſitis arida corpora merſans
Æquabat multum paruis humoribus imbrem.

Ouidius,

-paſſim, poſitóque pudore
Fontibus, & fluuiis, puteíſque capacibus hærent:
Nec ſitis eſt extincta prius quàm vita bibendo.

Lucretius,

Nec requies erat vlla mali: defeſſa iacebant
Corpora. *Ouidius.*
Inde graues morbo nequeunt conſurgere: & ipſis
Immoriuntur aquis.

Sed repetit Lucretius mox hoc idem,

Multa ſiti proſtrata viam per, próque voluta
Corpora: Silanos ad aquarum ſtrata iacebant,
Interclusa anima nimia dulcedine aquarum.

De funeribus autem,

Omnia denique ſancta deûm delubra replerat
Corporibus mors exanimis: oneratáque paſſim
Cuncta cadaueribus cæleſtum templa manebant,
Hoſpitibus loca quæ complerant æditueutes.
Nec iam relligio diuûm, nec numina magni
Pendebant: etenim præſens dolor exuperabat.
Nec mos ille ſepulturæ remanebat in vrbe,
Vt pius hic populus ſemper conſuerat humari.
Perturbatus enim totus trepidabat, & vnus
Quiſque ſuum pro re conſortē mæſtus humabat.
Multáque vis ſubita, & paupertas horrida ſuaſit:
Nanque ſuos conſanguineos aliena rogorum
Inſuper exſtructa ingenti clamore locabant,
Subdebántque faces, multo cum ſanguine ſæpe
Rixantes potius, quàm corpora desererentur.

Ouidius,

Corpora miſſa neci nullis de more feruntur
Funeribus: neque enim capiebant funera portæ.
Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos, & iam reuerentia nulla eſt.
Deque rogis pugnant, alieniſque ignibus ardent.
Qui lacryment, deſunt, indefletǽque vagantur
Natorum matrumq; animæ, iuuenûque ſenûque:
Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignes.

Silius,

Paſſim etiam deſerta iacent, inhumatáque latè
Corpora, peſtiferos tetigiſſe timentibus artus.

Lucanus igitur cùm vidiſſet communes hoſce locos occupatos, materiæ ſummā ſatu habuit percurrere. Sunt autem in VI,

Corpora tum ſoluit tabes, & digerit artus,
Traxit iners cælum fluidæ contagia peſtis
Obſcuram in nubem. tali ſpiramine Neſſus

Emit-

Emittit Stygium nebuloſis aëra ſaxis:
Antráque lethiferi rabiem Typhonis anhelant.
Inde labant populi.cælóque paratior vnda
Omne pati virus,durauit viſcera cœno.
Iam riget atra cutis,diſtentaque lumina rumpit.
Igneaque in vultus & ſacro feruida morbo
Peſtis abit,feſſúmque caput ſe ferre recuſat.
Iam magis atq; magis præceps agit omnia fatum:
Nec medij dirimunt morbi vitámque necemque,
Sed languor cum morte venit:turbáque cadētum
Aucta lues,dum miſta iacent incondita viuis
Corpora.nam miſeros vltra tentoria ciues
Spargere,funus erat.

Breuiter ita Claudianus,

Ac velut infecto morbꝰ crudeſcere cœlo
Incipiēs,primò pecudum depaſcitur artus;
Mox populos,vrbesque rapit; ventiſque peruſtis
Corruptos Stygiam peſtem diffundit in amnes.

TEMPESTAS

Non minor affectatio ad poeticam gloriam erexit ingenia in deſcribenda tempeſtate. cuius magnitudinem ex diuini viri numeris primo loco explicemus.

Incubuere mari:totúmque à ſedibus imis
Vnà Eurúſque Notúſq; ruunt,crebérque procellis
Africus & vaſtos voluunt ad litora fluctus.
Inſequitur clamorque virûm,ſtridorq; rudētum.
Eripiunt ſubitò nubes cælúmque diémque
Teucrorum ex oculis.ponto nox incubat atra.
Intonuere poli,& crebris micat ignibus æther:
Præſentémque viris intentant omnia mortem.

Profectò horror ex apparatu minaciſſimæ tempeſtatis hic eſt pictus,potius quàm dictus.

Ouidius autem,

Cùm mare ſub noctem tumidis albeſcere cæpit

Fluctibus,& præceps ſpirare valentius Eurus.

Hactenus efficacia nulla,& tamen

Ardua iamdudum demittite cornua rector
Clamat,& antennis totum ſubducite malum,
Hic iubet.*nimis properè illa:*impediunt aduerſæ iuſ
ſa procellæ,
Nec ſinit audiri vocem fragor æquoris vllam.

At enimuerò nautas ita repentè facere amentes minimè decuit.nondum enim re deſperata,

Hic rapit antennas:quæ dum ſine lege geruntur
Aſpera creſcit hyems.*& mox,*
Ipſe pauet,nec ſe qui ſit ſtatus ipſe fatetur
Scire ratis rector,nec quid iubeátue,velítue.

De ventis autem & fluctibus illa,

Quippe ſonant clamore viri,ſtridore rudentes,
Vndarum incurſu grauis vnda,tonitribus æther.
Fluctibus erigitur,cælúmque æquare videtur
Pontus,& inductas aſpergine tangere nubes,
Et modò cùm fuluas ex imo vertit arenas,
Concolor eſt illis:ſtygia modò nigrior vnda,
Sternitur interdum, ſpumíſque ſonantibus albet.

Lucanus v.

Primus ab Oceano caput exeris Atlanteo
Core mouens æſtus:iam te tollente furebat
Pontus,& in ſcopulos totas crexerat vndas.
Occurrit gelidus Boreas,pelagúſque retundit:
Et dubium pendet,vento cui pareat æquor.
Sed Scythici vicit rabies Aquilonis,& vndas
Torſit,& abſtruſas penitus vada fecit arenas.
Nec perfert pontum Boreas ad ſaxa:ſuúmque
In fluctus Cori frangit mare: motáque poſſunt
Æquora ſubductis etiam concurrere ventis.
Non Euri ceſſaſſe minas:non imbribus atrum
Æolij iacuiſſe Notum ſub carcere ſaxi

Cre-

Crediderim: cunctos ſolita de parte ruentes
Defendiſſe ſuas violento turbine terras.
Sic pelagus manſiſſe loco.nam parua procellis
Æquora rapta ferunt. Ægæas tranſit in vndas
Tyrrhenum:ſonat Ionio vagus Adria ponto.

Præter has hyperbolas,illa ridicula,

Ah quoties fruſtra pulſatos æquore montes
Obruit illa dies:quàm celſa cacumina peſſum
Tellus victa dedit!non vllo littore ſurgunt
Tam validi fluctus: alioque ex orbe voluti
A magno venêre mari,mundúmque coercens
Monſtriferos agit vnda ſinus. ſic rector Olympi
Cuſpide fraterna laſſatum in ſecula fulmen
Adiuuit,regnoque acceſſit terra ſecundo.
Cùm mare conuoluit gentes, cùm litora Tethys
Noluit vlla pati,cælo contenta teneri.
Tunc quoque tanta maris moles creuiſſet in aſtra,
Nî ſuperûm rector preſſiſſet nubibus vndas.

Vides quas inanitates. Quonam tempore factum eſt, vt durius à molliori coerceatur?Vaſta omnia,& inſani potius, quàm poetæ:ita iſti ea quæ reliquit Virgilius, tanquam minimè proba, dum quaſi omiſſa & ignota illi, perſequuntur: acquirunt damna nominis ſui impor tuna ſedulitate,quæ ille modeſtia ſua ſubterfugit. Quare eodem filo & hæc texuit:

Non cæli nox illa fuit: latet obſitus aër
Infernæ pallore domus: nimbíſque grauatus
Deprimitur:fluctusq; in nubibus accipit imbrem.
Lux etiam metuenda perit: nec fulgura currunt
Clara,ſed obſcurum nimboſus diſſilit aër.
Tunc ſuperûm cõuexa tremũt, atque arduus axis
Inſonuit,motaque poli compage laborant.

Dum ambit plauſum admirantium,hæc monſtra edidit. Itaque effertur ſine habenis more ſuo, ita vt pru-

dentioribus etiam verò furere videatur.

Extimuit natura chaos: rupiſſe videntur
Concordes elementa moras: rurſúſque redire
Nox manes miſtura deis: ſpes vna ſalutis;
Quòd tanta mundi nondum periere ruina.
Quantum Leucadio placidus de vertice pontus
Deſpicitur: tantum nautæ videre trementes
Fluctibus è ſummis præceps mare: cúmque tumentes
Rurſus hiant vndæ, vix eminet æquore malus,
Nubila tanguntur velis, & terra carina.
Nam pelagus, qua parte ſedet, non celat arenam,
Exhauſtum in cumulos: omníſque in fluctibus vnda eſt.

Poſt hæc qualia Ouidij poſtrema,

Artis opem vicere metus, neſcitque magiſter
Quam frangat, cui cedat aquæ. diſcordia ponti
Succurrit miſeris, fluctusque euertere puppim
Non valet in fluctus. victum latus vnda repellens
Erigit, atque omni ſurgit ratis ardua vento.

Illud etiam præter ineptias, animaduertes ab eo peccatum, vbi Corum opponit Boreæ. nam cùm excitat ab Oceano Atlantico, potuit excuſari, ſi id appellationis etiam cum Callaico, aut Britannico facias commune: tametſi pro errore potius notari poteſt. Cæterum detexit inſcitiam ſuam cùm ait, à Coro motū pelagus, à Borea retundi. Sanè vterque ſeptentrionis comes, atque ſtipator eſt: Corus ab Occidenti latere, Boreas ab Orienti. Quamobrem ab eorum vtrouis impulſus fluctus, ab altero repelli non poteſt: ſed vtriuſque vi in Auſtrum directà impingere. Præter ea cùm dixerit: mare accipere in nubibus imbrem, id eſt, eò vſque attolli, vt ſubeat nubes ipſas, in quibus hauriat pluuias, antè, quàm demittantur: quare nunc addit, nubila tanguntur velis:

ſanè

ſanè hoc minus eſt, at alia ſummi viri maieſtas illa inculpata,

Hi ſummo in fluctu pendent, his vnda dehiſcens,
Terram inter fluctus aperit, furit æſtus arenis.

Quæ Ouidius,

Et nunc ſublimis veluti de vertice montis
Deſpicere in valles, imúmque Acheronta videtur.
Nunc vbi demiſſum curuum circunſtetit æquor,
Suſpicere inferno ſummum de gurgite cælum.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem:
Nec leuiùs pulſata ſonat, quàm ferreus olim
Cùm laceras aries baliſtáue concutit arces.

Summa quædam hæc tempeſtatis: particulatim verò illa,

Vnam, quæ Lycios fidumq́ue vehebat Orontem
Ipſius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit. Excutitur, pronusq́ue magiſter
Voluitur in caput. aſt illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.

Ouidius,

Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor:
Frangitur & regimen: ſpoliiſque animoſa ſuperbit
Vnda velut victrix, ſinuatáque deſpicit vndas.

Lucani illud luculentum: Virgilij enim,

-intentant omnia mortẽ, *ſic* -totidemq́ue vidētur
Quot veniũt fluctus, ruere atque irrũpere mortes.

Illa verò,

Talia iactanti ſtridens Aquilone procella
Velum aduerſa ferit, fluctúſque ad ſidera tollit.
Franguntur remi: tum prora auertit, & vndis
Dat latus, inſequitur cumulo præruptus aquæ mons:

Quanto ſunt hiſce meliora, quæ Lucanus anhelauit?

-non plura loquuto

LATINORVM POETARVM INTER SE COMPARATIONES EX IVLII CAESARIS SCALIGERI CRITICO DESVMPTAE.

NEQVE paucis, neque plebeis exemplis comparatum nobis puto, vt inire poſſimus rationem rerum naturas exprimendi. Neque enim alio modo imitamur quæ dixerint priores: quàm illi res ipſas imitati ſunt. Vbi haud parũ dubitandum eſt, vtrum potius eueniat nobis, Iuuemur ne aliorum inuentione: videmus enim & quæ viderunt illi & quæ nobis, non viſa ſibi, videnda reliquerunt: An premamur iniquius: quippe præuenti, rarò meliora poſſumus addere bonis. Nam poſteaquam liberum laxumque dicendi genus ex Homero caſtigauit diuinus Maro: poſteriores poëtæ, quid quóue modo dicerent, vix inuenere. quare Latinorum quoque ingenia ſunt inter ſe conferenda: quorũ indicio noſtri operis apparatus fiat luculentior. Primùm igitur certis materiis quaſi capita quædam ſtatuantur. deinde, ſi quid præterea fecerit ad rem: vt ſeſe illa dabunt, excipientur. A peſtilentia placuit incipere, quæ in iij. limatiſſimi operis vicit omnium mortalium vel laudem vel obtrectationem.

PESTILENTIA.

Hic quondam cæli vitio miſeranda coorta eſt
Tempeſtas, totoque Autumni incanduit æſtu:
Et genus omne neci pecudũ dedit, omne ferarum:
Corrupitque lacus, infecit pabula tabo.

Lucretius in vi. ex Thucydide,

mortifer æſtus
Finibus in Cecropis funeſtos reddidit agros:

Va-

Vaſtauítque vias: exhauſit ciuibus vrbem.

Ouidius in vij,

Dira lues populis, odio Iunonis iniquę
Incidit: exoſæ dictas à pellice terras.
Principiò cælum ſpiſſa caligine terras
Preſſit, & ignauos incluſit protinus Auſtros.
Conſtat & in fontes vitium veniſſe, lacúſque.

Virgilius,

Nec via mortis erat ſimplex: ſed vbi ignea venis
Omnibus acta ſitis miſeros adduxerat artus,
Rurſus abundabat fluidus liquor: omniáque in ſe
Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat.

Lucretius,

Nec nimio cuiquam poſſes ardore tueri
Corporis in ſummo ſummam ferueſcere partem;
Sed potius tepidum manibus proponere tactum.
Intima pars homini verò flagrabat adeſa.
Inciderunt ipſo venientes ore patente:
Inſedabiliter ſitis arida corpora merſans
Æquabat multum paruis humoribus imbrem.

Virgilius,

Quæſitæque nocent artes: ceſſere magiſtri
Phyllirides Chiron, Amithaoniúsque Melampus.

Lucretius,

Nec requies erat vlla mali: defeſſa iacebant
Corpora: muſſabat tacito medicina timore.

Ouidius,

Dum viſum eſt mortale malum, tantæque latebat
Cauſſa nocens cladis, pugnatum eſt arte medēdi:
Exitium ſuperabat opes, victæque iacebant.

Sane cauſa efficacior apud Ouidium, propter quam nullo vſui eſſent artes. quippe morbus non erat à vitio elementorum tantùm, ſed etiam ab ira deorū. quare non ſolùm pro aliis fruſtra medici, ſed pro ſe temere: nempe,

-inque ipſos ſæua medentes
Erumpit clades: obſuntque auctoribus artes.
Silius in XIIII.
Succubuit medicina malis: cumulantur acerui
Labentum, & magno cineres ſeſe aggere tollunt.
Virgilius,
Sæpe in honore deûm medio ſtans hoſtia ad arã,
Lanea dum niuea circundatur infula vitta,
Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros:
Aut ſi quam ferro mactauerat ante ſacerdos,
Inde neque impoſitis ardent altaria fibris,
Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates:
Ac vix ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri;
Summáque ieiuna ſanie infuſcatur arena.
Ouidius,
Admoti quoties templis dum vota ſacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum:
Haud expectato ceciderunt vulnere tauri.
Et mox more ſuo iterum,
-mugitus victima diros
Edidit, & ſubitò collapſa ſine ictibus vllis
Exiguo tinxit ſubiectos ſanguine cultros.
Vbi eſt plena Virgilianorum imitatio.
Fibra quoque ægra notas veri, monituſque deorũ
Perdiderat.
Hæc quoque illa referunt ſuperiora.
Virgilius,
Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad præſepia reddunt.
Hinc canibus blãdis rabies venit: & quatit ægros
Tuſſis anhela ſues, ac faucibus angit obeſis.
Silij quoque conatus attendere poteris: ſic enim in XIIII,
Criniger aſtriferis Titan feruoribus auras,

Et patulam Cyanen,latéque paluſtribus vndis
Stagnantem,Stygio Cocyti oppleuit odore:
Temporáque Autumni latis florentia donis
Fœdauit,rapidóque accendit fulminis igni.
Fumabat craſſus nebulis caliginis aer:
Squallebat tellus vitiato feruida dorſo,
Nec victum dabat, aut vllas languētibus vmbras:
Atque ater piceam vapor exſpirabat in æthram.
Hinc Homerum ſequitur.
Vim primi ſenſere canes:mox nubibus atris
Fluxit deficiens penna labente volucris:
Inde feræ ſiluis ſterni.
In quos verſus cùm à ſuperioribus incidas,videaris balbutientem ſcholaſticum audire.
Lucretius,
-cumprimis fida canum vis
Strata viis, animam ponebat in omnibus ægram,
Extorquebat enim vitam vis morbida membris.
Ouidius,
Strage canum primò,volucrúmque,auiúmque, boúmque:
Inque feris ſubiti deprenſa potentia morbi.
Virgilius.
Labitur infelix ſtudiorum,atque immemor herbę
Victor equus, fontéſque auertitur,& pede terram
Crebra ferit:demiſſæ aures,incertus ibidem
Sudor,& ille quidem morituris frigidus aret:
Pellis & ad tactum tractanti dura reſiſtit.
Ouidius,
Acer equus quondam,magnæq; in puluere famæ
Degenerat,palmæ veterumque oblitus honorum
Ad præſepe gemit morbo moriturus inerti.
Silius,
Heu dolor inſignis notis bellator in armis
Ignaue

Ignauo rapitur letho.

Deinceps proſequitur Maro in armentis morbi ſigna & mortis, ac remedia diuinitus: quippe tum caſtiſſimè tum luculentiſſimè. mox verò illa vere Apolline digna,

Ecce autem duro fumans ſub vomere taurus
Concidit, & miſtum ſpumis vomit ore cruorem,
Extremóſque ciet gemitus. it triſtis arator
Mærentem abiungens fraterna morte iuuécum,
Atque opere in medio defixa reliquit aratra.

Tum illa cælo ipſo profectò delapſa,

Non vmbræ altorum nemorũ, nõ mollia poſſunt
Prata mouere animum: nõ qui per ſaxa volutus
Purior electro campum petit amnis; at ima
Soluuntur latera, atq; oculos ſtupor vrget inertes,
Ad terramque fluit deuexo pondere ceruix.

Satis hæc erant ad deterrendum animos ſapientum ab imitatione: verùm ea his addidit, quæ etiam obtererent audaciam.

Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere terras
Inuertiſſe graues? atqui non Maſſica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuêre repoſtæ.
Pocula ſunt fontes liquidi, atque exercita curſu
Flumina, nec ſomnos abrumpit cura ſalubres.

Quæ equidem malim à me excogitata atque confecta, quàm vel Crœſum vel Cyrum ipſum dicto habere audientem.

Ouidius autem properat: nullum enim ſpatium reliquit ille, in quo veſtigium poſſet ponere:

Concidere infelix validos miratur arator
Inter opus tauros, medióque recumbere ſulco.

Virgilius,

Non lupus inſidias meditatur ouilia circum,

Nec

Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illam
Cura domat. timidi damæ ceruíque fugaces
Nunc intérque canes, & circum tecta vagantur.
Ouidius,
Non aper iraſci meminit: nec fidere curſu
Cerua, nec armentis incurrere fortibus vrſi.
Omnia languor habet. Syluíſque, agríſq;, viíſque
Corpora fœda iacent: viciantur odoribus auræ.
Virgilius poſt hæc ſerpentum clades canit; ab illis nulla de auibus verò,
Ipſis eſt aer auibus non æquus: & illæ
Alta præcipitem vitam ſub nube relinquunt.
Lucretius ſimpliciter,
Nec tamen omnino temerè illis ſedibus vlla
Comparebat auis.
Verum quæ ſequuntur non ſolùm narrationi, ſed etiã cuiuis expectationi finem imponere poterunt,
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes
Arentéſque ſonant ripæ, colléſque ſupini.
Iámque cateruatim dat ſtragem: atq; aggerat ipſis
In ſtabulis turpi dilapſa cadauera tabo:
Donec humi tegere, ac foliis abſcondere diſcunt
Nam neque erat coriis vſus: neq; viſcera quiſquã
Aut vndis abolere poteſt, aut vincere flamma:
Nec tondere quidem morbo illuuiéque peresa
Vellera, nec telas poſſunt attingere putres.
Verùm etiam inuiſos ſi quis tentarat amictus:
Ardentes papulæ, atque immundus olentia ſudor
Membra ſequebatur, nec longo deinde moranti
Tempore contractos artus ſacer ignis edebat.
Lucretius,
Multáque humi cùm inhumata iacerent corpora ſupra
Corporibus: tamen alituum genus atque ferarum
Aut

Indicium rubor eſt, & ductus anhelitus igni.
Aſpera lingua tumet, tepidíſque arentia ventis
Ora patent, auræque graues captantur hiatu.
Non ſtratum, non vlla pati medicamina poſſunt.

Silius quoque aliquid, tanquam cornicula meditatus eſt:

Arebat lingua: & gelidus per viſcera ſudor
Corpore manabat tremulo. deſcendere fauces
Abnuerant ſiccæ iuſſorum alimenta ciborum.
Aſpera pulmonem tuſſis quatit: & per anhela
Igneus efflatur ſitientum ſpiritus ora.
Lumina ferre grauem vix ſufficientia lucem.
Vnca nare iacent, ſaniéſque immiſta cruore
Expuitur: membríſque cutis tegit oſſa pereſis.

Lucretius,

Multi præcipites lymphis putealibus altè
In fluuios partim gelidos ardentia morbo
Membra dabant, nudû iacientes corpus in vndas.
Inciderunt ipſo venientes ore patente.
Inſedabiliter ſitis arida corpora merſans
Æquabat multum paruis humoribus imbrem.

Ouidius,

-paſſim, poſitóque pudore
Fontibus, & fluuiis, puteíſque capacibus hærent:
Nec ſitis eſt extincta prius quàm vita bibendo.

Lucretius,

Nec requies erat vlla mali: defeſſa iacebant
Corpora. *Ouidius.*
Inde graues morbo nequeunt conſurgere: & ipſis
Immoriuntur aquis.

Sed repetit Lucretius mox hoc idem,

Multa ſiti proſtrata viam per, próque voluta
Corpora: Silanos ad aquarum ſtrata iacebant,
Intercluſa anima nimia dulcedine aquarum.

De funeribus autem,

Omnia denique ſancta deûm delubra replerat
Corporibus mors exanimis: oneratáque paſſim
Cuncta cadaueribus cæleſtum templa manebant,
Hoſpitibus loca quæ complerant æditaentes.
Nec iam relligio diuûm, nec numina magni
Pendebant: etenim præſens dolor exuperabat.
Nec mos ille ſepulturæ remanebat in vrbe,
Vt pius hic populus ſemper conſuerat humari.
Perturbatus enim totus trepidabat, & vnus
Quiſque ſuum pro re conſortẽ mæſtus humabat.
Multáque vis ſubita, & paupertas horrida ſuaſit:
Nanque ſuos conſanguineos aliena rogorum
Inſuper exſtructa ingenti clamore locabant,
Subdebántque faces, multo cum ſanguine ſæpe
Rixantes potius, quàm corpora deſererentur.

Ouidius,

Corpora miſſa neci nullis de more feruntur
Funeribus: neque enim capiebant funera portæ.
Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos, & iam reuerentia nulla eſt.
Deque rogis pugnant, alieníſque ignibus ardent.
Qui lacryment, deſunt, indefletæque vagantur
Natorum matrumq; animæ, iuuenũque ſenũque:
Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignes.

Silius,

Paſſim etiam deſerta iacent, inhumatáque latè
Corpora, peſtiferos tetigiſſe timentibus artus.

Lucanus igitur cùm vidiſſet communes hoſce locos occupatos, materiæ ſummã ſatis habuit percurrere. Sunt autem in VI,

Corpora tum ſoluit tabes, & digerit artus,
Traxit iners cælum fluidæ contagia peſtis
Obſcuram in nubem. tali ſpiramine Neſſus

Emit-

Emittit Stygium nebuloſis aëra ſaxis:
Antráque lethiferi rabiem Typhonis anhelant.
Inde labant populi. cælóque paratior vnda
Omne pati virus, durauit viſcera cœno.
Iam riget atra cutis, diſtentaque lumina rumpit.
Igneaque in vultus & ſacro feruida morbo
Peſtis abit, feſſúmque caput ſe ferre recuſat.
Iam magis atq; magis præceps agit omnia fatum:
Nec medij dirimunt morbi vitámpue necemque,
Sed languor cum morte venit: turbáque cadétum
Aucta lues, dum miſta iacent incondita viuis
Corpora. nam miſeros vltra tentoria ciues
Spargere, funus erat.

Breuiter ita Claudianus,

Ac velut infecto morbꝰ crudeſcere cęlo
Incipiés, primò pecudum depaſcitur artus;
Mox populos, vrbesque rapit; ventiſque peruſtis
Corruptos Stygiam peſtem diffundit in amnes.

TEMPESTAS

Non minor affectatio ad poeticam gloriam erexit ingenia in deſcribenda tempeſtate. cuius magnitudinem ex diuini viri numeris primo loco explicemus.

Incubuere mari: totúmque à ſedibus imis
Vnà Eurúſque Notúſq; ruunt, crebérque procellis
Africus & vaſtos voluunt ad litora fluctus.
Inſequitur clamorque virûm, ſtridorq; rudétum.
Eripiunt ſubitò nubes cælúmque diémque
Teucrorum ex oculis. ponto nox incubat atra.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther:
Præſentémque viris intentant omnia mortem.

Profectò horror ex apparatu minaciſſimæ tempeſtatis hic eſt pictus, potius quàm dictus.

Ouidius autem,

Cùm mare ſub noctem tumidis albeſcere cœpit

Fluctibus, & præceps ſpirare valentius Eurus.

Hactenus efficacia nulla, & tamen

Ardua iamdudum demittite cornua rector
Clamat, & antennis totum ſubducite malum,
Hic iubet. *nimis properè illa:* impediunt aduerſæ iuſſa procellæ,
Nec ſinit audiri vocem fragor æquoris vllam.

At enimuerò nautas ita repentè facere amentes minimè decuit, nondum enim re deſperata,

Hic rapit antennas: quæ dum ſine lege geruntur
Aſpera creſcit hyems. *& mox,*
Ipſe pauet, nec ſe qui ſit ſtatus ipſe fatetur
Scire ratis rector, nec quid iubeátue, velítue.

De ventis autem & fluctibus illa,

Quippe ſonant clamore viri, ſtridore rudentes,
Vndarum incurſu grauis vnda, tonitribus æther.
Fluctibus erigitur, cælúmque æquare videtur
Pontus, & inductas aſpergine tangere nubes,
Et modò cùm fuluas ex imo vertit arenas,
Concolor eſt illis: ſtygia modò nigrior vnda,
Sternitur interdum, ſpumíſque ſonantibus albet.

Lucanus v.

Primus ab Oceano caput exeris Atlanteo
Core mouens æſtus: iam te tollente furebat
Pontus, & in ſcopulos totas crexerat vndas.
Occurrit gelidus Boreas, pelagúſque retundit:
Et dubium pendet, vento cui pareat æquor.
Sed Scythici vicit rabies Aquilonis, & vndas
Torſit, & abſtruſas penitus vada fecit arenas.
Nec perfert pontum Boreas ad ſaxa: ſuúmque
In fluctus Cori frangit mare: motáque poſſunt
Æquora ſubductis etiam concurrere ventis.
Non Euri ceſſaſſe minas: non imbribus atrum
Æolij iacuiſſe Notum ſub carcere ſaxi

Cre-

Crediderim: cunctos ſolita de parte ruentes
Defendiſſe ſuas violento turbine terras.
Sic pelagus manſiſſe loco. nam parua procellis
Æquora rapta ferunt. Ægæas tranſit in vndas
Tyrrhenum: ſonat Ionio vagus Adria ponto.

Præter has hyperbolas, illa ridicula,

Ah quoties fruſtra pulſatos æquore montes
Obruit illa dies: quàm celſa cacumina peſſum
Tellus victa dedit! non vllo littore ſurgunt
Tam validi fluctus: alioque ex orbe voluti
A magno venêre mari, mundúmque coercens
Monſtriferos agit vnda ſinus. ſic rector Olympi
Cuſpide fraterna laſſatum in ſecula fulmen
Adiuuit, regnoque acceſſit terra ſecundo.
Cùm mare conuoluit gentes, cùm litora Tethys
Noluit vlla pati, cælo contenta teneri.
Tunc quoque tanta maris moles creuiſſet in aſtra,
Nî ſuperûm rector preſſiſſet nubibus vndas.

Vides quas inanitates. Quonam tempore factum eſt, vt durius à molliori coerceatur? Vaſta omnia, & inſani potius, quàm poetæ: ita iſti ea quæ reliquit Virgilius, tanquam minimè proba, dum quaſi omiſſa & ignota illi, perſequuntur: acquirunt damna nominis ſui impor tuna ſedulitate, quæ ille modeſtia ſua ſubterfugit. Quare eodem filo & hæc texuit:

Non cæli nox illa fuit: latet obſitus aër
Infernæ pallore domus: nimbíſque grauatus
Deprimitur: fluctusq; in nubibus accipit imbrem.
Lux etiam metuenda perit: nec fulgura currunt
Clara, ſed obſcurum nimboſus diſſilit aër.
Tunc ſuperûm cõuexa tremũt, atque arduus axis
Inſonuit, motaque poli compage laborant.

Dum ambit plauſum admirantium, hæc monſtra edi dit. Itaque effertur ſine habenis more ſuo, ita vt pru-

 den-

ſanè hoc minus eſt, at alia ſummi viri maieſtas illa inculpata,

Hi ſummo in fluctu pendent, his vnda dehiſcens,
Terram inter fluctus aperit, furit æſtus arenis.

Quæ Ouidius,

Et nunc ſublimis veluti de vertice montis
Deſpicere in valles, imúmque Acheronta videtur.
Nunc vbi demiſſum curuum circunſtetit æquor,
Suſpicere inferno ſummum de gurgite cælum.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem:
Nec leuiùs pulſata ſonat, quàm ferreus olim
Cùm laceras aries baliſtáue concutit arces.

Summa quædam hæc tempeſtatis: particulatim verò illa,

Vnam, quæ Lycios fidumque vehebat Orontem
Ipſius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit. Excutitur, ponusque magiſter
Voluitur in caput. aſt illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex. *Ouidius,*

Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor:
Frangitur & regimen: ſpoliíſque animoſa ſuperbit
Vnda velut victrix, ſinuatáque deſpicit vndas.

Lucani illud luculentum: Virgilij enim,

-intentant omnia mortẽ, *ſic* -totidemque videtur
Quot veniũt fluctus, ruere atque irrũpere mortes.

Illa verò,

Taliã iactanti ſtridens Aquilone procella
Velum aduerſa ferit, fluctúſque ad ſidera tollit.
Franguntur remi: tum prora auertit, & vndis
Dat latus, inſequitur cumulo præruptus aquæ mons:

Quanto ſunt hiſce meliora, quæ Lucanus anhelauit?

-non plura loquuto

Auulſit laceros percuſſa puppe rudentes
Turbo rapax: fragilémque ſuperuolitantia malum
Vela tulit,ſonuit victis compagibus alnus.

Ac ſanè haud ſcio an modica nauicula, quanta ab vnico nauta regi poteſt, ſi pes qui velum imum cohibet dirumpatur, ita vt velum ſupra malum tollatur, vitare poſſit ſubmerſionem.

Quanto propius verò,

Iam validam Ilionei nauem,iam fortis Achatæ
Vicit hyems. laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicũ imbrẽ,rimíſque fatiſcunt.

Non enim ſtrepitu quæſiuit gloriam carminis:ſed ſplendore ac luce veritatis. Ouidius quoque parcè & ſobriè ſed tanquam interpres,aut diſcipulus à dictante,

Iámque labant cunei:ſpoliatáque tegmine ceræ
Rima patet: præbétque viam lethalibus vndis.

Illa autem,

O terque,quaterque beati, *& cætera. longè fuſius,*
Non tenet hic lacrymas, ſtupet hic, vocat ille beatos
Funera quos maneant:hic votis numen adorat,
Brachiáque in cælũ,quod nõ videt,irrita tollens
Poſcit opem:ſubeunt illi matérque,patérque:
Huic cum pignoribus domus, & quod cuique re lictum eſt.

Tum verò noctem repetit ac tenebras:nec ſemel. Omne latet cælum,duplicataque noctis imago eſt.

Et ſuprà, -caret ignibus æther:
Cæcaq; nox premitur tenebris hyemiſq;,ſuiſque.

Illud obſeruabis, cuneos *ab Ouidio dictos, non claues ligneos:æreis enim olim,nunc ferreis pangunt naues: ſed eas ,quas Pacuuius illo verſu ſubſcudes vocat,*

Nec vlla ſubſcus cohibet compagem:

Tabellas ait eſſe Feſtus,quibus ligna coaxãtur. apud Vi-

Vitruuium non ſemel inuenies. earum figura eſt, quaſi cùm duos cuneos obtuſi mucronis componas. Nec minus illud obſeruandum, Decimum fluctum ab omnibus ferè poetis Latinis decantatum eſſe, pro maximo.

Ouidius quoque tum alios, tū ſeipſum in 1. Triſtium imitatus eſt,

Me miſerum, quanti mõtes voluuntur aquarum:
Iamiam tracturos ſidera ſumma putes.
Quantæ diducto ſubſidunt æquore valles:
Iamiam tracturas tartara nigra putes.
Quocunque aſpicio nihil eſt, niſi pontus & aër.
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.
Inter vtrumque fremūt immani murmure venti:
Neſcit cui domino pareat vnda maris.

Deinde cùm enumerauit ventos, ſubdit illa optima,

Rector in incerto, nec quid fugiátue petátue
Inuenit: ambiguis ars ſtupet ipſa malis.

Et infrà.

Nec leuius laterum tabulæ feriuntur ab vndis,
Quàm graue baliſtæ mœnia pulſat onus.

Atque illa de Decumano,

Qui venit hinc fluct9, fluct9 ſupereminet omnes,
Poſterior nono eſt, vndecimóque prior.

Statius autem modicis verſibus hanc perſtrinxit materiam: propterea quod in Hypſipyles perſona deduxit narrationem, in quinto Thebaidos.

Iámque aderant terrę, quantum Gortinia currunt
Spicula: cæruleo grauidam cùm Iuppiter imbri
Ipſa ſuper nubem ratis armamenta Pelaſgæ
Siſtit agens. Inde horror aquis: & raptus ab omni
Sole dies, miſcet tenebras: queis protinus vmbra
Concolor. obnixi lacerant caua nubila venti.
Diripiúntque fretum. nigris redit humida tellus
Verticibus. totumque notis portantibus æquor

Pendet,& æquato iamiam prope ſidera dorſo
Frangitur: incertæ nec iam prior impetus alno,
Sed labat. exſtantem roſtris modò gurgite in imo,
Nunc cælo Tritona ferens. nec robora proſunt
Semideûm Heroum, puppémque inſana flagellat
Arbor,& inſtabili procumbens pondere curuas
Raptat aquas: remíque cadunt in pectus inanes.

Vbi inſano epitheto inſanam arborem appellauit: neque probè vſus eſt verbo, flagellat de re vaſta ac ſolida.

Hæc intuenti, non quid aliud præterea, ſed quónam alio modo hæc eadem dici poſſint, contemplandum eſt. Quapropter quid item cecinerit Valerius Flaccus vt queat cognoſci, verſus eius ex Argonauticôn 1. ſubiiciamus,

-fundunt ſe carcere læti
Thraces equi, Zephyruſque,& nocti concolor alis
Nimborum cum prole Notus, crinéque procellis
Hiſpidus,& multa flauus caput Eurus arena.
Induxere hyemem, raucoque ad litora tractu
Vnanimi freta curua ferunt. *Iam primũ falſum hoc eſt. ſi enim quatuor ſpirant venti, ad litus nunquam impellent mare. Sequitur:*

-nec ſola tridentis
Regna mouent, vaſto pariter ruit igneus æther
Cum tonitru, piceoque premit nox omnia cælo:
Excuſſi manibus remi. *Quod Virgilius,*
Excuſſi manibus radij. conuerſaque frontem
Puppis in obliquum reſonos latus excipit ictus,
Vela ſuper tremulum ſubitus volitantia malum
Turbo rapit. *Et mox:* tota cum protinus alnus
Audi inſuauem numerum,
Soluitur,& vaſto puppis mare ſorbet hiatu.
Illam huc atq; illuc nũc torquẽs verberat Eurus,
Nũc ſtridẽs Zephyrus, aufert Not⁹: vndiq; feruent
Æquo-

Æquora, cùm ſubitus trifida Neptunus in haſta
Cæruleum fundo caput extulit, &c. *in quibus ſeſe il le ad Maronis imitationem totum comparauit.*

DIRÆ.

Carmen, quo mala hoſtibus imprecamur, priſcum quidem eſt, & in ſcænis primum vſitatum, poſtea tamẽ ad recentiorum animos accommodatum. Huius argumenti eſt elegia Ouidij in Ibin & Virgilij opuſculum ad Battarum; quod idem politiore iudicio ad pauca redegit in Bucolicis ſub Damonis perſona.

In quarto vero diuini operis Dido ſic:

-ſi tangere portus
Infandum caput, ac terris adnare neceſſe eſt:
Et ſi fata Iouis poſcunt: hic terminus hæret.
At bello audacis populi vexatus, & armis,
Finibus extorris, complexu auulſus Iuli,
Auxilium imploret: videátque indigna ſuorum
Funera: nec, cùm ſe ſub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur:
Sed cadat ante diem, mediáque inhumatus arena.
Hęc precor, hãc vocẽ extremã cũ ſanguine fundo,
Tum vos ô Tyrij, ſtirpẽ & genus omne futurum
Exercete odiis: cineríque hæc mittite noſtro
Munera: nullus amor populis, nec fœdera ſunto:
Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus vltor,
Qui face Dardanios, ferróque ſequare colonos,
Nunc, olim, quocunque dabunt ſe tempore vires.
Litora litoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor: arma armis pugnent.

Damon autem poſtquam narrauit ea, quæ ſuaderent mortem, ſubdit ſecundo loco rerum miracula. Poſtremo verò,

Omnia vel medium fiant mare. viuite ſyluæ.
Præceps aerij ſpecula de montis in vndas

Deferar: extremũ hoc munus morientis habeto.
Horatianus autem puer in Epodo,
Diris agam vos: dira deteſtatio
Nulla expiatur victima.
Quin vbi perire iuſſus exſpirauero:
Nocturnus occurram furor:
Petámque vultus vmbra curuis vnguibus:
Quæ vis deorum eſt manium:
Et inquietis aſſidens præcordiis
Pauore ſomnos auferam.
Vos turba vicatim hinc,& hinc ſaxis petens
Contundet obſcænas anus.
Pôſt,inſepulta membra different lupi,
Et exquilinæ alites.
Hic, quæ alij vt eueniant imprecantur minatur ſe eſſe facturum. Quomodo etiam irata Iuno, Virgil.
Sanguine Troiano & Rutulo dotabere virgo:
propterea quòd ipſa eſt auctor malorum. neque enim deorum reginam vota facere decet ipſam, ſed aliis rata facere. Itaque etiam apud Senecam in Hercule furente,
Non ſic abibunt odia,viuaceſque aget
Violentus iras animus,& ſæuus dolor
Æterna bella pace ſublata geret.
Quæ bella?quicquid pontus aut aër tulit
Terribile,dirum,peſtilens,atrox,ferum,
Fractũ atq; domitũ eſt: ſuperat,& creſcit malis,
Iraque noſtra fruitur:in laudes ſuas
Mea vertit odia. *Quemadmodum Virgilius.*
-quæ memet in omnia verti.
Minorque labor eſt Herculis iuſſa exequi,
Quàm mihi iubere. *vt illic adit furias: ſic & hic,*
Adſint ab imo Tartari fundo excitæ
Eumenides,ignem flammeæ ſpargant comæ:
Viperea ſæuæ verbera incutiant manus.

&

& amplificat, Veniat inuiſum ſcelus,
Suumq́ue lambens ſanguinem impietas ferox,
Errorq́ue,& in ſe ſemper armatus furor,
Hoc hoc miniſtro noſter vtatur dolor.
Per eadem veſtigia Ouidius in IIII.
Non tulit:& ſecum.Potuit de pellice natus
Vertere Męonios, pelagoq́ue immergere nautas,
Et laceranda ſuæ nati dare viſcera matri:
Et triplices operire nouis Mineides alis
Nil poterit Iuno,niſi inultos flere dolores?
Idq́ue mihi ſatis eſt. hæc vna potentia noſtra eſt.
Ipſe docet,quid agam.fas eſt & ab hoſte doceri.
Maluiſſem dicere,lucrum eſt.
Quidq́ue furor valeat,Pentheia cæde ſatisq́ue
Ac ſuper oſtendit cur non ſtimuletur,eatq́ue
Per cognata ſuis exempla ſororibus Ino?
mox vt apud Senecam,furiæ comites,
-luctus comitatur euntem,
Et pauor,& terror,trepidoq́ue inſania vultu.
Claudianus autem eundem furiarum apparatum luculentis in Ruffinum verſibus explicauit,
-glomerantur in vnum
Innumeræ peſtes Erebi:quaſcunque ſiniſtro
Nox genuit fætu,nutrix Diſcordia belli,
Imperioſa Fames,letho vicina Senectus,
Impatiénſque ſui Morbus,Liuórque ſecundis
Anxius,& ſciſſo mærens velamine Luctus,
Et Timor,& cæco præceps Audacia vultu,
Et Luxus populator opum,cui ſemper adhærens
Infelix humili greſſu comitatur Egeſtas,
Fædáque Auaritiæ complexæ pectora matris
Inſomnes longo veniunt examine curæ.
Omnia pulchrè,ſed omnia à cæleſti fonte illo,
Veſtibulum ante ipſum, primíſq; in faucibus orci
Luctus,

Luctus, & vltrices poſuere cubilia curæ:
Pallentéſque habitant Morbi, triſtiſque Senectus,
Et Metus, & maleſuada Fames, & turpis Egeſtas,
Terribiles viſu formæ, Lethúmque, Labórque,
Tum conſanguineus Lethi Sopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferúmq; aduerſo in limine bellum,
Ferreíque Eumenidũ thalami, & diſcordia demẽs
Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

Ouidianæ autem Hypſipyles clara admodum imprecatio eſt, -Quod ſi quis ab alto
Iuſtus adeſt precibus Iuppiter ipſe meis:
Quod gemit Hypſipyle, lecti quoque ſuccuba noſtri
Mæreat, & leges ſentiat ipſa ſuas.
Vtque ego deſtituor coniunx, matérque duorum,
A totidem natis orba ſit atque viro,
Nec maleparta diu teneat, peíuſque relinquat:
Exulet, & toto quærat in orbe fugam.
Quàm fratri germana fuit, miſeróque parenti
Filia, tam natis, tam ſit acerba viro,
Cùm mare, cùm terras contempſerit, aëra tentet:
Erret inops, exſpes, cæde cruenta tua.
Hæc ego coniugio fraudata Thoantias oro.
Viuite deuoto nuptáque, vírque toro.

Quæ neque tumida, neque vulgaria, ac tam rotunda, vt tam breui gyro, tam compoſita apud multos, etiam excellentes poſſimus deſiderare.

Catulli verò Ariadna hæc,
Quare facta virûm multantes vindice pœna
Eumenides, quibus anguineo redimita capillo
Frons exſpirantes præportat pectoris iras,
Huc huc aduentate: meas audite querelas:
Quas ego nunc miſera extremis proferre medullis
Cogor, inops, ardens, amenti cæca furore.

Quæ

Quæ quoniam verè naſcuntur pectore ab imo:
Vos nolite pati noſtrum vaneſcere luctum.
Sed quali ſolam Theſeus me mente reliquit:
Tali mente, deæ, funeſtet, ſeque, ſuóſque.

Singula euenta deſignatius exſequitur Valerius Flaccus in 1, -tu nuncia fontum
Virgo Ioui: terras oculis quæ proſpicis æquis:
Vltricéſque deæ: fáſque, & grandæua furorum
Pæna parens, meritis regis ſuccedite tectis,
Et ſæuas inferte faces. ſacer effera raptet
Corda pauor: nec ſola mei grauia affore nati
Arma ratémque putet: claſſéſque & pontica ſigna
Atque indignatos temerato litore Reges
Mente agitet: ſemperque metu deducat ad vndas
Arma ciens. Mors ſera viam, tentatáque claudat
Effugia: & noſtras nequeat præcurere diras.
Sed reduces iam iámque viros, auróque coruſcum
Cernat iter. ſtabo inſultans, & ouantia contra
Ora, manuſque feram. tum vobis ſiquid inauſum
Arcanúmque nefas, & adhuc incognita lethi
Sors ſupereſt: date fallaci pudibunda ſenectæ
Exitia, indecoréſque obitus. non marte nec armis
Aut nati, precor ille mei dignatus vt vnquam
Enſe cadat. quem fida manus, quem cura ſuorum
Diripiat, lacerétque ſenem: nec membra ſepulcro
Contegat. Hæc noſter de rege piacula ſanguis
Sumat, & heu cunctæ, quas miſit in æquora gẽtes.

Videmus igitur vbique inuocationes tetrorum numinum ad vltionem, atque exitium. quæ ſunt apud diuinum poetam excellentiſſimè in eodem 4.
Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras,
Tuque harum interpres curarum, & cõſcia Iuno,
Nocturniſque Hecate triuiis vlulata per vrbes,
Et Diræ vltrices, & dij morientis Eliſæ,

Acci-

Accipite hæc:meritumq; malis aduertite numen:
Et noſtras audite preces. *Cuius luce aſperſit ſua Statius in 1. Thebaid.*
Dij,ſontes animas,anguſtaque tartara pœnis
Qui regitis,tuque vmbrifero Styx liuida fundo
Quam video,multumque mihi conſueta vocari
Annue Tiſiphone, peruerſaque vota ſecunda. *&*
mox,Exaudi,ſi digna precor,quæque ipſa furenti
Subiiceres.orbum viſu, regniſque carentem
Non regere,aut dictis mœrentem flectere adorti,
Quos genui quocunque toro.quin ecce ſuperbi
Prô dolor & noſtro iamdudum in funere reges
Inſultant tenebris,gemitúſque odere paternos.
Híſne etiam funeſtus ego?(*Sequuntur verè dira*)
-& videt iſta deorum
Ignauus genitor?tu ſaltem debita vindex
Huc ades.& totos in pœnam ordire penates.
Indue quod madidum tabo diadema cruentis
Vnguibus arripui:votíſque inſtincta paternis
I,media in fratres generis conſortia ferro
Diſſideant.da tartarei regina barathri,
Quod cupiam,vidiſſe nefas:nec tarda ſequetur
Mens iuuenum:modò digna veni:mea pignora
noſces. *Alius modus apud Senec. in Oedipo,ac ſimilior Horatianis minus miſta tamen.*
Te te cruenta ſceptra qui dextra geris,
Te pater multus vrbe cum tota petam:
Et mecum Erynnes pronubas thalami traham,
Traham ſonantes verbera.inceſtam domum
Vertam,& penates impio Marte obteram.
Proinde pulſum finibus regum ocyus
Agite exſulem. Quodcunque funeſto gradu
Solum relinquet,vere florifero virens
Reparabit herbas: ſpiritus puros dabit

Vitalis aura: veniet & ſyluis decor.
Lethum, luesque, mors, labor, tabes, dolor,
Comitatus illo dignus, excedent ſimul.
Et ipſe rapidis greſſibus ſedes volet
Effugere noſtras, ſed graues pedibus moras
Addam, & tenebo. Reptet incertus viæ
Baculo ſenili triſte pertentans iter,
Præripite terras, auferam cælum pater.

LEO.

Virgilius.
Impaſtus ſtabula alta leo ceu ſæpe peragrans
(Suadet enim væſana fames) ſi forte fugacem
Conſpexit capreã, aut ſurgentẽ cornua ceruum:
Gaudet hians immane comasque erexit, & heret
Viſceribus ſuperaccumbens. lauit improba teter
Ora cruor. *Idem* 11 *Aeneid.*
Seu ſæuum turba leonem
Cum telis premit infeſtis: at territus ille
Aſper acerba tuens retro redit, & neque terga
Ira dare, aut virtus patitur: nec tendere contra:
Ille quidem hoc cupiens, potis eſt per tela, per hoſtes. *Idem,*
Pœnorum qualis in aruis
Saucius ille graui venantum vulnere pectus,
Tum demum mouet arma leo gaudetq; comãtes
Excutiens ceruice toros: fixumque latronis
Impauidus frangit telũ, & fremit ore cruento.
Idem, vtque leo ſpecula cum vidit ab alta
Stare procul, cãpis meditantem prælia taurum,
Aduolat.
Silius in 11.
Illatus velut armentis ſuper ardua colla
Cùm ſeſe impoſuit, victorque immane ſub ira
Infremuit leo, & immerſis grauis vnguibus hæſit:
Mandit

Mandit anhelantem pendens ceruice iuuencum.
Nares potius occupat verbum languidum, illatus,& languidius, impoſuit. In 5. autem efficacior & qua agnoſcat veſtigia Virgiliana,

Haud ſecus è ſpecula præceps delatus opaca
Subſidens campo, ſummiſſos contrahit artus,
Cùm vicina trucis conſpexit cornua tauri,
Quamuis lõga fames ſtimulet, leo, nũc ferus alta
Surgentes ceruice toros, nunc torua ſub hirta
Lumina miratur fronte, ac iam ſigna mouentem,
Et ſparſa ad pugnas meditantem ſpectat arena.
Penè omnia ex Marone. De leunculis autem idem in 10, propria, ac ſatis leui inuentione,
Haud ſecus, ac Libyca fœta tellure leæna,
Inuadunt rapidi iamdudum, & inania tentant
Nondum ſat firmo catuli certamina dente.
Maior eſt ôno Lucani deſcriptio, atque operoſior in 1, atque etiam propius accedens ad beſtiæ naturam. fremit enim ante aggreſſionem. Addit autem in extrema deſperatione feram conſtantiam.
Æſtiferæ Libyes viſo leo comminus hoſte,
Subſedit dubius, totam dum colligit iram:
Eadem ſanè delineamẽta quæ & Silio; ſed addit ex ea, quam vulgò iactant, natura,
Mox, vbi ſe ſæuæ ſtimulauit verbere caudæ,
Erexitque iubas vaſto & graue murmur hiatu
Infremuit; tum torta leuis ſi lancea Mauri
Hæreat, aut latum ſubeant venabula pectus,
Per ferrum tanti ſecurus vulneris exit.
Fruſtratum autem præda non ignobili carmine Claudianus libr. 2. in Ruffinum
-vacuo qualis diſcedit hiatu
Impatiens remeare leo: quem plurima cuſpis,
Et paſtorales pepulerunt igne cateruæ:

Incli-

Inclinátque iubas, demiſſáque lumina velat:
Et trepidas mæſto rimatur murmure ſyluas.

Quæ tamen in 2. de raptu Proſerpinæ eſt, exprimit idem argumentum, quod ſuperiores:

Ille velut ſtabuli decus, armentíque iuuencam
Cùm leo poſſedit: nudataque viſcera fodit
Vnguibus & rabiem totos erexit in armos.
Stat craſſa turpis ſanie: nodóſque iubarum
Excutit, & viles paſtorum deſpicit iras.

Ex iis autem, quas ſex poſuit Papinius diuerſis locis, quænam ſit excellentior, videamus in 6. Thebaidos hæc,

Qualis vbi primam leo mane cubilibus atris
Erexit rabiem (*verba eadem quæ Claudiani*) & ſæuo ſpeculatur ab antro: *ſic Silius* opacâ ſpeculam:
Aut ceruũ, aut nondũ bellantẽ fronte iuuẽcum;
It fremitu gaudens, licet arma gregesque laceſſant
Venantum: prædam videt, & ſua vulnera neſcit.

Sic Lucanus, ſecurus vulneris,

In eodem libro leonis nobilitatem,

Vt leo, Maſſyli cùm lux ſtetit obuia ferri:
Tunc iras, tunc arma ciet: ſi decidat hoſtis,
Ire ſuper ſatis eſt, vitamque relinquere victo.

In nono autem quæ deſcribitur, & quæ ſupra ex Silij 10, recitabatur, haud abſimilis,

Vt leo, cui paruo mater Getula cruentos
Suggerit ipſa cibos. cùm primùm creſcere ſenſit
Colla iubis, toruúſque nouos reſpexit ad vngues:
Indignatur ali: tandémque effuſus apertos
Liber amat campos, & neſcit in antra reuerti.

Alias iras, aliúſque modi animum generoſum, in 11,
indomitos vt cùm Maſſyla per arua
Armenti reges magno leo frangit hiatu,
Et contentus abit: rauci tunc comminus vrſi,
Tunc auidi venêre lupi, rabiéque remiſſa

Lambunt degeneres alienæ vulnera prædæ.

Satiatus enim leo abit, relinquens quod ſupereſt ignobilioribus beſtiis. Tametſi à phyſicis dictum eſt halare eũ tetros odores in præda reliquias, quæ fœditate ab iis abhorreant feræ.

Sequuntur duæ, altera effœti iam atque viribus deſtituti: altera cicurati. prior eſt in eodem,

-qualis leo rupe ſub alta,
Quẽ viridẽ quondã ſyluæ, montéſque tremebãt:
Iam piger & longo iacet exarmatus ab æuo.
Magna tamen facies, & non adeunda ſenectus.
Et, ſi dimiſſus veniat mugitus ad aures,
Erigitur, meminítque ſui, viréſque peractas
Ingemit, & campis alios regnare leones.

Altera in 1. Thebaidos,

Vt leo materno cùm raptus ab vbere, mores
Accepit: pectíque iubas, hominémque vereri
Edidicit: nulláſque ruit, niſi iuſſus in iras.
Si ſemel aduerſo radiauit lumine ferrum:
It iurata fides: domitorque inimicus.

Simillima Lucani in 4.

Sic vbi deſuetæ ſyluis, in carcere clauſę
Manſueuere feræ, & vultus poſuere minaces,
Atque hominem didicêre pati: *iam non à ferro, ſed guſtatu ſanguinis efferari:* ſi torrida paruus
Venit in ora cruor: redeunt rabiesque furorque
Admonitæque tument guſtato ſanguine fauces.
Feruet, & à trepido vix abſtinet ora magiſtro.

Sic etiam tradit cum ceteris Plinius: cicuratum leonẽ lambentem nihil noui moliri: attenuatâ demũ cute vbi ad ſanguinis guſtum deuentum ſit, feritatem priſtinam renouari.

De Leæna quoque, & eius amore erga catulos luculentè cecinit in x, Papinius,

Vt Lea, quam ſæuo fœtam preſſere cubili
Venantes Numidæ: natos erecta ſuperſtat
Mente ſub incerta, toruum, ac miſerabile frēdens.
Illa quidem turbare globos, & frangere morſu
Tela queat, ſed prolis amor crudelia vincit
Pectora, & in media catulos circunſpicit ira.

Cui placuit adiungere eiuſdem Tigrin ex eodem,

-ſic aſpera Tigris
Fœtibus abreptis, Scythico deſerta ſub antro
Accubat: & tepidi lambit veſtigia ſaxi.
Nuſquam iræ: ſilet, & rabies, feritasque famesque
Oris. *fames oris, duriuſculum,*
-eunt præter ſecura armenta, gregeſque
at armenta nulla paſcuntur illis locis.
Aſpicit illa iacēs, vbi enim quibus vbera paſcat:
minus quadrat paſcere vbera,
Aut quos ingenti premat expectata rapina.
at non premit catulos præda ſed iuuat appoſita.

TAVRVS

Neque ſemper leoni cedit taurus. cicurem nāque leonem à tauro victum ſæpe audiuimus, ſemel vidimus. Mutua igitur eorum prælia recitabo primùm ex Idea poetarum: id eſt Georg. 3, deinde ex aliis. In libr. Ariſtotelis, atque in Originibus dictum eſt quid eſſet ἀπηχ... Id ex hac narratione facilè declaratur,

Illi alternantes multa vi prælia miſcent
Vulneribus crebris, lauit ater corpora ſanguis:
Verſaque in obnixos vrgentur cornua: vaſto
Cū gemitu reboant, ſyluęq;, & magnus Olympus
Placet etiam addere diuina illa ex hiſtoriis naturalibus
Nec mos bellantes vnà ſtabulare: ſed alter
Victus abit, longéque ignotis exulat oris:
Multa gemens, ignominiam plagaſque ſuperbi
Victoris, tum quos amiſit inultus, amores.

Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit auitis.

Proſequendus ergo ad reditumvſque,

Ergo omni cura vires exercet, & inter
Dura iacet pernox inſtrato ſaxa cubili,
Frondibus hirſutis, & carice paſtus acuta.

Poſt hæc arguta illa & rotunda,

Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit,
Arboris obnixus trunco, ventoſque laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena.

Hæc exercitatio, hic reditus,

Poſt vbi collectum robur, vireſque receptæ:
Signa mouet, præcepsq; oblitũ fertur in hoſtem.

Deinde eam apponit comparationem, qua & alios omnes ſuperat, & ſeipſum prouocat. quippe ex 7, diuini operis ſupra poſuimus hanc,

Fluctus vti primo cæpit cum albeſcere vento
Paulatim ſeſe tollit mare, & altiùs vndas
Erigit, inde imo conſurgit ad æthera fundo.

Hic verò hanc,

Fluctus vt in medio cæpit cùm albeſcere ponto
Longiùs, ex altóque ſinum trahit, vtque volutus
Ad terras, immane ſonat per ſaxa, nec ipſo
Monte minor procumbit: at ima exæſtuat vnda
Vorticibus, nigramque altè ſubiectat arenam.

Lucanus autem in 2, ſine metaphora regnorum & ſignorum,

Pulſus vt armentis primo certamine taurus,
Syluarum ſecreta petit vacuóſque per agros
Exul in aduerſis explorat cornua truncis:

Quanto viuidiora illa Maronis,

Nec redit in paſtus, niſi cùm ceruice recepta
Excuſſi placuere tori: mox reddita victor
Quoſlibet in ſaltus comitantibus agmina tauris
Inuito paſtore trahit. *Conſiderabis an tauri comitentur*

tur nouum victorem.

Statius in 2. Thebaidos vtitur Lucani verbis quibuſdam,

-veluti dux taurus amata
Valle carens: pulſum ſolito quem gramine victor
Iuſſit ab erepta longè mugire iuuenca:
Cùm profugo placuere tori, ceruíxque recepto
Sanguine magna redit, fractæque in pectore vires
Bella cupit, ſaltúſque & capta armenta repoſcit,
Iam pede, iam cornu melior pauet ille reuerſum
Victor: & attoniti vix agnouere magiſtri.

In 3, autem victorē taurū optimis deſcribit verſibus,

-ſic nota in paſcua taurus
Bellator redit: aduerſo cui colla, ſuóque
Sanguine prociſſique natant palearibus armi.
Tunc quoque laſſa tumet virtus: multúmque ſuperbit
Pectore deſpecto. vacua iacet hoſtis arena,
Turpe gemens, crudóſque vetat ſentire dolores.

De eodem in 4,

Vt poſſeſſa diu taurus meat arduus inter
Paſcua, iam laſſa ceruice, & inanibus armis:
Dux tamen. haud illum bello attentare iuuencis
Sunt animi. Nam trunca videt de vulnere multo
Cornua, & ingentes plagarum in pectore nodos.

Flaccus autem in 2, Argonauticôn,

-qualis per paſcua victor
Ingreditur, tum colla tumens, tum celſior armis
Taurus: vbi aſſueti pecoris ſtabula alta reuiſit,
Et patrium nemus, & bello quos vltus, amores.

Tantum verò pugnacis naturæ in hoc animali ab hoc poeta compertum eſt, vt etiā alijs duobus locis eius comparationibus ingenium ſuum exornarit. In 6.

Non ſic ductores gemini gregis horrida tauri

Bella mouent: medio coniunx ſtat candida prato
Victorem expectans: rumpunt obnixa ferentes
Pectora: ſubdit amor ſtimulos ac vulnera ſanat.

Quod autem ſuprà modeſtè dixit, victoriam minuere ſenſum doloris: hic audacius ait, amorem vulnera ſanare: non enim: ſanat, ſed prohibet acerbitatem. In 11.

Sic vbi regnator poſt exulis otia tauri
Mugitum hoſtilem ſumma tulit aure iuuencus,
Agnouítque minas: magna ſtat feruidus ira
Ante gregem, ſpumíſq; animos ardentibus offert:
Nũc pede toruus humũ, nũc cornib9 aera findẽs.
Horret ager, trepidæque exſpectant prælia vaccæ.

APER.

Virgilius.

Ac velut ille canum morſu de montibus altis
Actus aper, multos Veſulus quem pinifer annos
Defendit, multoſque palus Laurentia, ſilua
Paſtus arundinea: poſtquam intra retia ventum eſt
Subſtitit, infremuitque ferox, & inhorruit armos
Nec cuiquam iraſci propiuſque accedere virtus:
Sed iaculis, tutiſque procul clamoribus inſtat.

Statius in 11.

Fulmineos veluti præceps cùm comminus egit
Ira ſues. *deinde mutat numerum quemadmodum apud Ariſtotelem, Theophraſtum, Terẽtium ſuis locis obſeruatum eſt à nobis:*

-ſtrictiſque erexit pectora ſetis:

Igne tremunt oculi. *poſuit: tremũt, pro ſcintillant. nam ſanè ſunt* ἀτενεῖς *intenti ſcilicet qui eſt impetus & conſtantia, vt apud Plinium.*

-lunataque dentibus vncis
Ora ſonant, ſpectat pugnas de rupe propinqua
Venator pallens: *imo ardens, & bona ſpei plenus*: canibuſque ſilentia ſuadet.

Si-

Silius autem in 1.

Fulmineus,ceu Spartanis latratibus actus,
Cùm ſyluam occurſu venantum perdidit, hirto
Horreſcit ſæuus dorſo,& poſtrema capeſſit
Prælia,candentem mandens aper ore cruorem,
Iamque gemens geminũ cõtra venabula torquet.

non eſt gemitus:quippe is affectus ex mærore, quoties incluſi in corde ſpiritus erumpunt.

LVPVS.

Virgilius -lupi ceu
Raptores atra in nebula,quos improba ventus
Exegit cæcos rabies, catulique relicti
Faucibus ex ſpectant ſiccis.

Idem:Ac veluti pleno lupus inſidiatus ouili,
Cùm fremit ad caulas,ventos perpeſſus & imbres
Nocte ſuper media:tuti ſub matribus agni
Balatum exercent:ille aſper,& improbus ira
Sæuit in abſentes collecta fatigat edendi
Ex longo rabies,& ſiccæ ſanguine fauces.

Silius in 7. -ceu nocte ſub atra
Munitis paſtor ſtabulis,per ouilia clauſum
Impauidus ſomni ſeruat pecus:effera ſæuit,
Atque impaſta truces vlulatus turba luporum
Exercet,morſúque quatit reſtantia clauſtra.

Audacia hæc inconſulta : aperit enim paſtori aggreſſiones ſuas. Statius autem in quarto propius imitatur circunſpectionem Virgilius.

Ille velut pecoris lupus expugnator opimi,
Pectora tabenti ſanie grauis,hirtaque ſetis
Ora cruentata deformis hiantia lana:
Deceditſtabulis,huc illuc turbida verſans
Lumina:ſi duri comperta clade ſequantur
Paſtores,magníque fugit non inſcius auſi.

Ad illam verò Maronis : quæ eſt in 2. diuini operis,

in 5. Thebaidos inuenies eam adſpirare quã de Leana Scribit Statius,

-non aliter Scythicos armenta per agros
Hyrcanæ clauſere Leæ, quas exigit ortu
Prima fames, auidiq́ue implorant vbera nati.

Non minore ſtudio in hac quoque eandẽ imitatus eſt,

-rabidi ſub agmine miſto
Sub noctem coiere lupi, quos omnibus agris,
Nil non auſa fames, longo tenuauit hiatu.

Credo ita voluit: Attenuatos exercuit omnibus agris. Neque enim potuit fames omnibus locis attenare: perpetua enim fuiſſet,

Iã ſtabula ipſa premũt, torquet ſpes irrita fauces
Balatusq́ue tremens, pinguesq; ab ouilibus agnæ.

Melius, pauida: aut ſic.

Balatusq́ue frequens trepidis ab ouilibus
Sequuntur ſimilia illa Silij.

Quod ſupereſt, duris aſtringunt poſtib⁹ vngues,

Languida vox, & iners hic, adſtringunt.

Pectoraq́ue, & ſiccos minuunt in limine dẽtes.

Aſtum verò in 1. Achilleidos,

-ceu fœdere iuncto
Hyberna ſub nocte lupi: licet & ſua pulſet
Natorúmque fames: penitus rabiémq; mináſque
Diſſimulãt humileſq; meant, ne nuntiet hoſtes
Cura canũ, & trepidos moneat vigilare magiſtros

Ad lupos quoque referas ſimul & ad ceruas alterum, qua idem poeta poſuit in 5. Thebaidos,

-qualis cùm cerua cruentis
Circunuenta lupis: nullum cui pectore molli
Robur, & in volucri tenuis fiducia curſu:
Præcipitat ſuſpenſa fugam: iam iámque teneri
Credit, & eluſos audit concurrere morſus.

Longe alia à cerua illa Virgiliana.

EQVVS.

Multa promes diuina ex 3. cõſummati operis apud Poetam. Silius in 10. de certatore,

Si vbi proſiluit Piſæo carcere præceps,
Ante ſuos it victor equus, curritque per auras
Non ſolùm ante alios, ſed enim (mirabile dictu)
Haud vlli durant viſus æquare volantem.

At neque volant numeri: neque non durum verbum, durant: Quid enim eſt? oculus non durat æquare currentem.

Lõge felicius Claudianus in nuptiis Honorij, ad normam Virgilianam,

Nobilis haud aliter ſonipes, quem primus amoris
Sollicitauit odor, tumidus, quatiénſque decoras
Curuata ceruice iubas, Pharſalia rura
Peruolat, & notos hinnitu flagitat amnes
Naribus accenſis. mulcet fœcunda magiſtros
Spes gregis: & pulcro gaudent armenta marito.

Priori comparationi ſimilior ea quæ in I. Pharſaliæ,

-quantum clamore iuuatur
Eleus ſonipes, quanuis iam carcere clauſo
Immineat foribus, pronuſque repagula laxet.

Quæ verò in 4. de equo ſcribuntur, non iam deſignãt comparationem, poteris tamen inde petere: eſt enim narratio feſſum equum longè latéque declarans. tu eligito meliora.

Quippe vbi non ſonipes motus clãgore tubarũ
Saxa quatit pulſu, rigidos vexantia frænos
Ora tenens: ſpargítque iubas, & ſurrigit aures:
Incertóque pedum pugnat non ſtare tumultu.

Audis quandam peregrinitatem,

Feſſa iacet ceruix, fumant ſudoribus artus:
Oráque proiecta ſquallent arentia lingua:
Pectora rauca gemũt, quæ creber anhelitus vrget:
Et defecta grauis longè trahit ilia pulſus.

Siccáque ſanguineis dureſcit ſpuma lupatis.
(Malim, rara'que ſanguineis areſcit)
Iámque gradu neque verberibus, ſtimuliſq; coacti
Nec quanuis crebris iuſſi calcaribus addunt.
longè mollius poſſunt hæc & magnificentius,
Iam neq; lenta gradũ languẽtibus addere poſſunt
Verbera, fruſtratisque latus calcaribus vrgent:
Vel ſic: nec foſſi parent calcaribus armi.
Tametſi hoc eſt maximũ præceptũ noſtris imitatoribus proponendum ne potius dicant, quæ alij dixerunt, quàm quæ non dixerunt: niſi lucem, numeros, venerem adiungere ſeſe poſſe ſperant, quæ Flacco, Lucano, Silio ſæpe deſunt.

APES.

Quid, quo'que modo de Apibus ſtatuas ſcribere, non potes aliunde melius capere conſilium, quàm ex deo poetarum. Neque id ſolum eo in libro, qui omnẽ humanam diligentiam ſuperauit: quartũ dico Georgicôn: ſed etiam in primo diuini operis. Sed conferantur illa Claudiani in Rufinum.

-veluti paſtoris in ora
Commotæ glomerantur apes: qui dulcia raptu
Mella trahit, bellaque cient, & ſpicula tendunt:
Et tenuis ſaxi per propugnacula cunctæ
Rimoſam patriam, dilectaque pumicis antra
Defendunt: pronoque fauos examine velant.
Ad lucem Virgilianam directũ metaphoris. Alia ratio fugitiuarum apud eundem in primo, de ſexto Honorij conſulatu,

-qualis Cybeleia quaſſans
Hyblæus procul æra ſenex, reuocare fugaces
Tinnitu conatur apes: quæ ſponte relictis
Deſciuere fauis, ſonituque exhauſtus inani,
Raptas mellis opes, ſolitæque oblita latebræ,

Perfida de plorat vacuis examina ceris.

Poſt operam diurnam Silius reuerſionẽ canit in ſecundo, aut imminente tempeſtate,

Aut vbi Cecropius formidine nubis aquoſæ
Sparſa ſuper flores examina tollit Hymettos:
Ad dulces ceras, & odori corticis antra:

Audis quàm hæret verſus, nec properant, vt vult hic,

Mellis apes grauidæ properant: denſoque volatu
Raucum connexæ glomerant ad limina murmur.

Neque dicam Glomerare murmur.

Vicit Statius Claudianum in 10, Thebaidos,

Sic, vbi puniceo paſtor rapturus ab antro
Armatas erexit apes. fremit aſpera nubes,
Inque vicem ſeſe ſtridore hortantur: & omnes
Hoſtis in ora volant. Mox deficientibus alis
Amplexæ, paruamque domũ, captiuaq; plangunt
Mella: laborantesque premunt ad pectora ceras.

Altera verò Claudiani ſimilior eſt ei, quam ponit Lucanus in nono,

-ſimul effetas linquunt examina ceras.
Atque oblita faui non miſcent nexibus alas:
Sed ſibi quæque volat, nec iam deguſtat amarum
Deſidioſa thymum: Phrygij ſonus increpat æris:
Attonitæ poſuere fugam, ſtudiúmque laboris
Florilegi repetunt, & ſacri mellis amorem.
Gaudet in Hyblæo ſecurus gramine paſtor
Diuitias ſeruaſſe caſæ.

Sedulitatem Claudianus in ſecundo de raptu,

-credas examina fundi
Hyblæum raptura thymum: quum cerea reges
Caſtra mouent: fagíque cauo dimiſſus ab alueo
Mellifer electis exercitus obſtrepit herbis.

ÆTNA, ENCELADVS.

Quantũ à Marone Pindar⁹ in Aetnæ deſcriptione ſu-

ſuperetur ſuprà oſtendimus;nunc operæ pretium eſt cum eo Latinos comparare.

-horrificis iuxta tonat Aetna ruinis,
Interdumque atram prorumpit ad aethera nubẽ,
Turbine fumantem piceo,& cãdente fauilla,
Attollitq; globos flãmarum,& ſidera lambit:
Interdum ſcopulos,auolſaque viſcera montis
Erigit eructans,liquefactaque ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat,fundoque exæſtuat imo.
Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus
Vrgeri mole hac,ingentemque inſuper Aetnam
Impoſitam,ruptis flãmam expirare caminis,
Et feſſum quoties motat latus,intremere omnem
Murmure Trinacriam,& cælum ſubtexere fumo.

Claudianus.

Ætna giganteos nunquam tacitura triumphos,
Enceladi buſtum:qui ſaucia membra reuinctus
Spirat inexhauſtum flagranti pectore ſulphur:
Et quoties detrectat onus ceruice rebelli
In dextrum læuumque latus,tunc inſula fundo
Vellitur:& dubiæ nutant cum mœnibus vrbes.
Nunc mouet indigenas nimbos,piceaq; grauatũ
Fœdat nube diem:nunc motibus aſtra laceſſit
Terrificis:damniſque ſuis incendia nutrit.
Sed quamuis nimio feruens exuberet æſtu,
Scit niuibus ſeruare fidem:pariterque fauillis
Dureſcit glacies tanti ſecura vaporis,
Arcano defenſa gelu:fumoque fideli
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.

Quæ carmina tametſi bona ſunt:tamem explorandum eſt nobis,quantum abſint ab eo,quem ſequuntur.Duo in primis contemplanda ſunt quæ vterque dixerit,& quæ hic illi addiderit.Principiò admonitum te velim: poetas heſce,qui poſt Virgilium fuere , declamatoribus ſimiliores videri mihi:qui dum argute dicant aliquid,nihil pen

ſi habent, quid cuique parti maieſtatis vel incōmodet, vel obſcundetur. quare & numeros lædi neceſſe eſt. & perire gratiam ex affectatione.

Dixit igitur, ſemiuſtum fulmine corpus, buſtum, ſine vlla venere. ſequentia verba valde olent Gramaticum,

-qui ſaucia membra reuinctus

Spirat inexhauſtum flagranti pectore ſulfur

Illorum quoq. lucē, -feſſum quoties motat latus. umbra ignaua ac lāguida operuit, & quoties detrectat onus. *ac ſanè melius:* latus, *quàm* ceruix. & motat, *perpetuatio nanque oneris, frequentiam motionis excitat. audis deinde tremorem Poetæ verbis. poſtremò,* Cælum ſubtexere fumo, *deprauauit illū,* & motibꝰ aſtra laceſſit. *neque enim diſtinguas: motúne obſcuretur cælum, an moueantur aſtra. omnino verò inſuaue eſt. Quæ imitatus eſt, hæc: quæ addidit. videamus.* nunquā tacitura triūphos. *Verborum ſonitus huc eum inuitauit: non tamen dixerim Ætnam non tacere, ſicut nec loqui. Frigidum illud eſt,* damnis ſuis incendia nutrit. *ſi dixiſſet, gloriam, aut regnum, aut eiuſmodi: acutū fuiſſet. nunc non excitat: vulgare enim eſt, incendia damnoſa eſſe. Illud autem nimis acutum,* Ignem ſeruare fidem niuibus: *non enim hoc promiſere ignes niui. quare & putidè repetit:* fumo fideli: *vbi etiam contra rerum naturam dixit,* Flammā lambere pruinas fumo. *Flamma enim fumo prior. leuior nanq; eſt. Quòd ſi aliter vides in igne noſtro. hoc fit propterea, quòd flamma alitur humore ligni à quo vbi abeſt, exſtinguitur ilico. at in oris cauernarum Ætnæ, flamma viua eſt, & ſine fumo: & falſum eſt, in Mangibello niues eſſe quæ incumbūt flammæ, tanto minus pruinæ ſeruantur, vbi radit eas fumus.*

Quid quod omnia penè ad verbum ſumpſit è Silij. 14 quæ vt potuit interpolauit,

Aſt Ætna eructat tremefactis cautibus ignes,

Inclu-

Incluſi gemitus,pelagique imitata furorem,
Murmure per cæcos tonat irrequieta fragores
Nocte dieque ſimul fonte è Phlegethontis: vt atro
Flammarum exundat torrens,piceaque procella
Semiambuſta rotat liquefactis ſaxa cauernis.
Sed quanquam largo flammarum exæſtuat intus
Turbine, & aſſiduè ſubnaſcens profluit ignis:
Summo cana iugo cohibet(mirabile dictu)
Vicinam flammis glaciem,æternoque rigore
Ardentes horrent ſcopuli. ſtat vertice celſi
Collis hyems,calidaque niuem tegit atra fauilla.

Statius in 3. Thebaidos

Quantus Thyrreni gemitus ſalis:aut vbi tentat
Enceladus mutare latus:procul igneus antris
Mons tonat:exundat apices:fluctusque Pelorus
Contrahit: & ſperat tellus abrupta reuerti.

Lucanus in ſexto nihil attulit noui aut acuti contra morem ſuum.

Non ſic Ætnæis habitans in vallibus horret
Encelado ſpirante Notum: quum tota cauernas
(languidum epitheton, tota)
Egerit,& torrens in campos defluit Ætna.

Ex Flacci ſecundo notabamus in proximis animaduerſionibus, Typhoeum non Inarime, vt apud Virgilium, ſed Sicilia premi. Id quod ab Ouidio quoque in quinto Tranſformationum ſcribitur hiſce verſibus, quorum repræſentatio in hoc loco eſt oportuna,

Vaſta Giganteis iniecta eſt inſula membris
Trinacris,& magnis ſubiectum molibus vrget
Æthereas auſum ſperare Typhoea ſedes.
Nititur ille quidem,tentátque reſurgere ſæpe:
Dextra ſed Auſonio manus eſt ſubiecta Peloro:
Læua Pachyne tibi: Lilybæo crura premuntur:
Degrauat Ætna caput,ſub qua reſupinus arenas
Eiectat,flāmamque fero vomit ore Typhoeus.

Sæpe remoliri luctatur pondera terræ,
Oppidaque,& magnos deuoluere corpore mõtes.
Inde tremit tellus,& rex pauet ipſe ſilentum
Ne pateat,lateque ſolum retegatur hiatu,
Immiſſuſque dies trepidantes terreat vmbras.

Quæ vides rudia, atque inchoata ſimplicitate, quaſi formulam quandã ſiue Ichnographiã picturæ plenioris.

FRONDIVM CASVS.

Animarum frequentia in ſexto diuini operis: quam in ſecundo de raptu Claudianus imitatus eſt.

Quàm multa in ſyluis Autumni frigore primo
Lapſa cadunt folia: aut ad terram gurgite ab alto
Quàm multæ glomerãtur aues, vbi frigidꝰ annus
Trans pontum fugat,& terris immittit apricis.

Ille verò ſic,

Conueniunt animæ:quantas violentior Auſter
Decutit arboribus frondes,aut nubibus imbres
Colligit,aut frangit fluctus,aut torquet arenas.

Sane eſt admodum illuſtris.

COMETAE.

Claudianus in primo eiuſdem, ex illius verbis: ſed cum præſagiis, -qualis laturus in orbem
Præceps ſanguineo delabitur igne Cometes
(Non eſt præceps neque delabitur.)
Prodigiale rubens.Non illum nauita tutò,
Non impune vident populi:ſed crine minaci
Nunciat aut ratibus ventos,aut vrbibus hoſtes.

In iiſdem veſtigiis hæret Silius Punicorum primo,

Crine ut flammifero terret fera regna Cometes
Sanguineum ſpargens ignem:vomit atra rubẽtes
Fax cælo radios,& ſæua luce coruſcum
Scintillat ſidus, terríſque extrema minatur.

Numeroſius fuiſſet, ſanguineam ſpargens aciem. (m. Lucanus extra cõparationẽ ſimplici narratione in pri-

Ar-

Ardentémque polũ flammis, cælóque volantes
Obliquas per inane faces, crinémque timendi
Sideris, & terris mutantem regna Cometen.

MARIS.

¶ *Maris autem, ſiue æſtum, ſiue ſonum, ſiue impetum, ſiue agitationẽ velis, ex his poteris cognoſcere. Sonus apud Claud. in Rufinum primo, longè felicius,*

-ceu murmurat alti,
Impacata quies pelagi: cum flamine fracto
Durat adhuc, ſæuitq; tumor: dubiumq; per æſtũ
Laſſa recedentis fluitant veſtigia venti.

Æſtum ex Virgilio, aut alluuionẽ ſuprà declarauimus. Caterùm tanta eſt in illis numeris diuinitas, vt pudeat potius reliquiſſe, quàm ponere pigeat. ea eſt in vndecimo diuini Poematis,

Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus,
Nunc ruit ad terras, ſcopulóſq; ſuperiacit vndã
Spumeus, extremámque ſinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atq; æſtu reuoluta reſorbens
Saxa fugit, littuſque vado labente relinquit.

Statius in vndecimo materiam addidit, non auxit,

☞ Ceu redeunt nubes, ceu circunſtantibus auſtris
Alternus procumbit ager, ceu gurgite cano
Nunc tetegit bibulas, nunc obruit æſtus arenas.

Impetum Lucanus in ſexto,

Cùm mare laſſatur, cùm ſe tollentibus Euris
Frangentem fluctus ſcopulum ferit: aut latus alti
Montis adeſt, ſerámque ſibi parat vnda ruinam.

VENTORVM.

Iure locum hunc ſibi depoſcunt venti. Silius in quarto admodum inſuauis,

Ceu gelidus Boreas, totum cùm ſuſtulit imo
Icarium fundo victor mare: nauita vaſto

Iact

actatur ſparſus, lacerata claſſe, profundo:
Cunctáque canenti perfunditur æquore Cyclas.
Nihilo venuſtius in quartodecimo,
Non aliter Boreas Rhodopes à vertice præceps
Cùm ſeſe immiſit, decimóque volumine põtum
Expulit in terras: ſequitur cum murmure molem
Eiecti maris, & ſtridentibus affremit alis.
Longe numeroſior illa Statij ex vndecimo,
Vt Notus & Boreas, gemino de cardine mundi,
Hic niue Riphæa, Libycis hic paſtus arenis:
(Non placet, paſtus.)
Bella cient: clamant amnes, freta, nubila, ſyluæ:
(Decreſcit oratio ad faciliora.)
Iámque patent ſtrages. lugent ſua damna coloni:
Et tamen oppreſſos miſerantur in æquore nautas.
Lucanus in ſecundo,
-vt cùm mare poſſidet Auſter
Flatibus horriſonis: hunc æquora tota ſequuntur,
Si rurſus tellus pulſu laxata tridentis.
Æolij tumidis immittat fluctibus Eurum:
Quanuis icta nouo ventum tenuere priorem
Æquora, nubiferóque polus conceſſerit Euro:
Vindicat vnda Notum.

NIVIS.

Poſt ventos habes imbres, grandines, niues. de niuibus idem in quinto,

Talis hyperborea virides niue verberat agros
Iuppiter: obruitur campis genus omne ferarum,
Deprenſæque cadunt volucres, & meſſis amaro
Strata gelu: fragor inde iugis: inde amnibus iræ.

Aues niue non cadunt. neque ſegetes aut meſſis ſternuntur, nõ enim ſunt: neque ex niue fragor: neque dum ningit, amnes tumeſcunt ſed ſolutis niuibus,

ſuperet Padum,

Sic pleno Pădus ore tumens *(iam duro ore os attribuit)* -ſuper aggere tutas
Excurrit ripas, & totos concutit agros:
Succubuit ſi quâ tellus, cumulumq́ue furentem
Vndarum non paſſa ruit: tum flumine toto
Tranſit, & ignotos aperit ſibi gurgite campos:
Illos terra fugit dominos. *non fugit: ſed aufertur*
-his rura colonis Accedunt donante Pado.

Torrentem quoque ad rerum ſimilitudinem adduxit idem Maro. Silius autem in quarto ad illorũ regulam

Vt torrens celſi præceps è vertice Pindi
Cum ſonitu ruit in campos: magnoq́ue fragore
Auulſum montis voluit latus: obuia paſſim
Armenta, immaneſque feræ, ſyluæq́ue trahuntur.
Spumea ſaxoſis clamat conuallibus vnda.

SAXVM AVVLSVM.

Auulſum ergo ſaxum in ſeptimo Thebaidos præcipiti ruina contemplemur in verſibus nobiliſſimis,

Sic vbi nubiferum montis latus, aut noua ventis
Soluit hyems: aut victa ſitu non pertulit ætas:
Deſilit horrendus campo timor: arma, viroſq́ue
Limite non vno, longæuaq́ue robora ſecum
Præcipitans: tandemq́ue exhauſtus turbine feſſo
Aut vallem cauat, aut medios intercipit amnes.

PILAE SAXEAE.

Haud longè abſimilis pilæ Virgilianæ caſus in nono diuini Poematis,

Qualis in Euboico Baiarum litore quondam
Saxea pila cadit: magnis quam molibus antè
Conſtructam iaciunt ponto. Sic illa ruinam
Prona trahit, penituſq́ue vadis illiſa recumbit.
Miſcent ſe maria, & nigræ attolluntur arenæ.
Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durũq́ue cubile
Inari-

Inarime, Iouis imperiis impoſta Typhoeo.
Quemadmodum id fiat non dixere Grammatici. Quare petenda erit eius ratio ex Vitruuio: Eius autem Poetæ Simia in quarto,
Haud aliter ſtructo Tyrrhena ad litora ſaxo
Pugnatura fretis ſubter, cęcisque procellis
Pila immane ſonans, impingitur ardua ponto.
Epiphonema frigidum,
Immugit Nereus: diuiſaque cęrula pulſu
Illiſum accipiunt irata ſub æquora montem.

QVERCVS.

Sic cadit quercus in nono Thebaidos.
- Getico qualis procumbit in Hæmo
Seu Boreæ furiis, putri ſeu robore quercus
Cælo miſta comas, ingentemque aera laxat.
Illam nutantem nemus, & mons ipſe tremiſcit
Qua tellure cadat, quas obruat ordine ſyluas.
In primo Pharſaliæ,
Qualis frugifero quercus ſublimis in agro
Exuuias veteres populi, ſacrataque geſtans
Dona ducum: nec iam validis radicibus hærens,
Pondere fixa ſuo eſt: nudóſque per aera ramos
Effundens, trunco non frondibus efficit vmbram.
Sed quanuis primo nutet caſura ſub Euro,
Tot circum ſyluæ firmo ſe robore tollant,
Sola tamē colitur. *At in quarto diuini operis etiam oppugnata quauis eſt iniuria potior,*
Ac velut annoſam valido cū robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter ſe certant. It ſtridor, & altè
Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes:
Ipſa hæret ſcopulis, & quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in Tartara tendit.

FINIS.

INDEX
RERVM ET VERBORVM IN
primo de re Poetica libro memorabilium

INDEX.

Abi, vlt. breui 22.
abſtit 45
acer, prima longa & breui 15
Achillis epitheta 53
agnominatio 66
Albis fl. aurifer 55
Alcides vnde Hercules dictus 61
ambiguitas vitanda 62
amor omnis ſollicitus 49
analogia 13
antea, vlt. longa 17
antiquata verba 45
Antonius Harena 48
appoſitio 66
apoſtrophi quantitas 6
aqua, pro mari 46
argumenti eiuſdẽ varius carminum generibus tractatio 30
Aſclepiadei in pẽtametrum mutatio 25
Atrida, vlt. breui 17
Auctoritas non ſemper imitanda 21
auri epitheta 54
barbarorum vſus 45
bombarda 43
Bouſlai Haſſenſteny diſtichon. 40
bubulcus 46
cæſura monoſyllaba in pentametro 42
cæſuræ 41
Catulli locus 43
cécidi cecídi 15
Ciceronis ſententiæ aliquot, verſibus expreſſæ 49
ciconia 46
circumlocutio 66
claua 46
in collocatione verborum conſulenda aures 52
connubium 11
conſcientiæ vis 49
conſonantium eliſio nõ amplius in vſu 44
contractio, longa 6
Corduba fl. aurifer 55
Corytus 45
D litteræ eliſio 44
dactyli vſus 35
decóris. decoris 14
deriuationum quãtit. 11
di præpoſitio 12
diphthongorum quantitas 5. 10
diu. diuturnus 7
ecclipſis 42

Edonius, 21
Elegiaci carminis virtutes & vitia 34
eliſio 42
Epitheta quæ & quã varia 52.53
Eorũ vitia & vſ9 55.59.61
eſtur 45
etymologia 14
euripus 21
exemplorum vſus 9.10
exilis 14
Fax immota torpeſcit 50
ferreus eſſem, niſi te amarem 49
fidei experimentum in periculis 50
fieri, prima longa 22
fio, fierem 10
flabellum 11
flagro, prima breui 5
Gerundium in Do, in fine carminis 49
Græca latinis non miſcenda in carm. Græciſmi 48
grus 46
gutta, pro lacrimis 46
Hendecaſyllabum in Iambicum tranſit 25
eſt etiam, quod Sapphicum 26
heptaſyllabum 26
Herculis epitheta 61
victoria 30
Horatianus dialogiſmus 51
Horatij locus ab Ouid. alio carminis genere expreſſus 27.28
homo curere ctus 49
Hugoldi carmen 38
humilia verba 46
hypercacalecti verſus 41
Hypermetri verſus ibid.
Hypermneſtræ pietas in maritum 27
Iambicum acatalectũ 25
Iambici in pentametrũ mutatio 24
idolum 22
ignarus, pro oblitus 44
imago 60
inflata verba 46
inuſitata verba 45
iocari 10
Irpus, Irpini pop. 45
ita, vlt. breui 27
italus. Italia 45
in ius genitiui 10
læue. leue 15
liquefacio 8
liquidæ cum muta poſitæ triplex obſeruatio 5
liquidus 11
litteræ eiuſdem repetitio 28
locus æqualis, inæqualis 22
Mamerani carmen 38
manſiones 41
Merlinus Cocalius 48

meta-

metaphoræ abſurdæ & humiles ibidem
m 46
monoſyllaba in fine carminis 38. 39
moriri 45
Mulda fl. aurifer 55
Oblitus. oblitus 15
obſcæna verba 47
obſcuritas fugienda 51
olli 46
oratio 10
Oreſta, vlt. breui 17
Ouidij locus ab Horatiano expreſſus 28
Paraclitus 22
párere. parére 14
parſimonia, magnum vectigal 49
participium in fine carminis 48
pedes improprij & peregrini fugiendi 35
pedum apta connexio, & varietas ibidem
pendere pendére 15
pentametrũ ex Aſclepiadeo 25
pentametri vltimus pes 39. 40
phaleciũ in Sapphicũ 25
pituita 26
poema vacuum animum deſiderat 49
pœna pro precio 45
polyſyllabæ dictiones in carmine 40
Portij carmen 38
poſtea breui vltima 17
poſterritatis iudicium 49
prapes 20
præpoſitiones 12
præteritorum diſſyllaborum quantitas 7
precium pro pœna 45
promittere, pro minari 44
propago, prima lõga & breui 15
propriorum nominum nõn eadẽ ſemper quãtitas 8
proximus, lõgo interuallo 50
Quadriſyllaba in fine verſus 39. 7. 11
quãdo, quãdoquidem 7. 11
quia breui vltima 17
quianam 46
quomodo 8
quotidie 11
recedo. 12
redi, breui vltima 23
reduco 12
refert ibid.
regio 22
regula 6
repetitio verborum eorundem 47
S. littera eliſio 44
Sapphicum in Phaleciũ. 26
ſariſſa 45

ſententiæ qualiter in carmine efferendæ 49. 50
ſētētiæ ſimpliciter prolatæ quomodo exemplis illuſtrandæ. ibid
ſiquidem 7
ſolœciſmus 48
ſordida verba 46
ſpelunca 47
ſpes pro metu 44
ſpondei vſus 35 37
ſtatus 11
ſubulcus 46
Supinorū diſſyll. quantit. 7
ſuſpicio 22
ſyllabæ eiuſdem repetitio 37
ſyllabarum plurium dictiones in carmine 40
ſynalœpha 42
Tarnis fl. aurifer 55
tepefacere 8
terminatio ſimilis in carmine 38
teſtu pro teſta 45
Theſei res geſtæ 50
Thetys 21
Tiſiphone 61
totidem 8
traiectiones vitandæ 51
Troianorum epitheta 61
tumida verba 46
turbo. 45. *turben ibid.*
verborum delectus & compoſitio 44
verſus optimi qui 37
vibro, prima breui 5
vietum 11
Virgilij artificium in epithetis vſurpandis 61
Virgiliana traiectionis explicatio 51
vitium 11
vluptas 22
Vlyſsis epitheta 61
vocales ancipites apud Latinos excepto v. 26
voluptas, volptās, volutas, volupas 22
venuſtas. ibidem.

CAPITA LIBRI PRIMI.

De quantitate ſyllab. in genere, vbi de
poſitione 4
diphthongo 5
regula 6
exemplo 9
De prima & media in genere vbi de
vocali ante ante vocalē. 9
deriuatione 10
De prima ſyll. quantitate, vbi de
præpoſitione 12
compoſitione

De media ſyll. vbi de
accentu 13
deminutione 16
De vltima ſyllaba, vbi de terminatione vocaliū 17
conſonantium 19
De pedibus & nouē vſitatiſſimis carminum generibus 23.26
Exempla variandi per diuerſa carminū genera 28.33
De virtutibus & vitiis elegiaci carminis, vbi de
pedibus 35
literis & ſyllabis 38
inciſis 41
De eliſione & colliſione 43
De delictu & compoſitione verborum. 45
De epithetis 53
CAP. LIBRI SECVNDI
Litterarum 63
Carmen ſcribere 64
Redire cum litteris in gratiam
Docere artes 65
Celebrari
Animum attendere
Animo reputare 66
Animo tenere
Audire, Loqui 67
Alloqui 68
Loqui per ſigna
Loqui inſolenter
Iurgari vel litigare
Reſpondere 69
Repetere verba
Tacere
In lucem proferre
Minari.
Conuiciari 70
Criminibus inſimulare
Queri Metuere 71
Metum abiicere
Curis confici
Curas abijcere 72
Sperare
Gaudere 73
Lugere
Luctum leuare
Ingemiſcere
Lacrimare 74
Lacrimas ſiſtere 75
Mouere lacrimas
Plangere, & eius ſynonyma 76
Solari 77
Ferre æquo animo
Iraſci
Ad iram concitare 78
Iram deponere
Iræ moderari
Virgo
Vxor 79
Amor, & amare
Amore incendere 80

Amore incendi
Amori reſiſtere
Amandi variæ elocutiones 81
Matrimonium
Matr. promittere 82
Matr. inire
Matr. fidem fallere
Matrimonium odiſſe
Viriles contactus fugere
Eunuchum facere 84
Amplecti
Blandiri 85
Oſculari
Appellare aliquam 86
Vim parare
Vim pati
Vitium offerre
Venire in eundem thalamum 87
Grauidam eſſe
Pârere
Parere gemellos 88
Partum medicamentis abigere, vel necare
Naſci
Genus ducere
Nomen imponere
Dare mammam 89
Vbera trahere
Viuere
Ab ineunte ætate
Ætatem exigere 90
Ætatem renouare vel extendere
Mori
Mortuus 91
Claudere oculos 92
In alicuius manibus mori
Iuſta facere
Sepelire
A' mortuis excitare 93
Caput efferre
Oculos tollere
Oculos demittere 94
Adſpicere
Tegere vultum 95
In officio eſſe
Ocioſum eſſe
Laborare
Coquere 96
Menſas exſtruere
Menſas euertere
Mordere
Edere 97
Famem depellere
Deuorare 98
Euomere
Bibere
Sitire
Sitim explere
Agitare conuiuium
Imponere capiti ſertum, vel aliud 99
Capillos ornare 100
Capillos negligere
Diem feſtum agere 101
Spondere

Viuere	102	Maris poetica vocabula	112
Sacra facere		Terra marique	
Deo fauente		Oram ſoluere	
Deo irato	103	Nauigare	
Canere		Retro nauigare	114
Cithara canere	104	Venti obſecundantes	
Pulſare tympana		Ventis aduerſis	
Saltare		Ventos excitare	
Spectacula exhibere	105	Ventos ſedare	115
Lauare		Nauis concuſſa vẽto	
Induere veſtes		Facere naufragium	
Exuere veſtes		Remigare	116
Dormire		Appellere	
Cubitum diſcedere	106	Natare 117 .Volare	
Sopiri		Euaneſcere	118
Somnum inducere	107	Nere Arare	119
Fugare ſomnos		Sub iugum ducere	120
Orientis ſideris	108	Serere Pinſcre	
Occidentis ſideris		Retia tendere	121
Ire		Venari	
Ire paſſu tremulo		Equitare	
Sequi veſtigia		Habenas manu tenere	
Moram afferre	109	Habenas relaxare	
Reſiſtere		Habenas contrahere	
Properare		Habenas regere	
Fugere		Habenas detrectare	
Incedere	110	Arcum tendere.	
Ingredi domum		Iaculari	123
Egredi domo		Tela veneno illinere	
Hoſpitio uti	111	Haſtam vel telum aliquod torquere	
Hoſpitium prabere			
Dare dexteram		Vrbem extruere	124
Facere promiſſum		Diruere vrbem	
Beneficium rependere		Cremare	

Ob-

Obſidere
Portas aperire 125
Portas claudere
Certare
Cum periculo aggredi 126
Venire ad manus
Pugnare
Ab armis recedere 127
Signorum militarium
Subiugare 128
Supplicem eſſe
Precari
Preces audire 129
Leges victis imponere
Imperij fines proferre 130
Imperium deferre
Imperare
Mandare
Mandata exequi
Eijcere in exilium 131
Opibus ſpoliare
Gladio cingi
Gladium educere
Vulnerare 132
Vulnus accipere
Vulneri ſe ſubducere
E vulnere telum trahere
Vulnus curare
Mederi 133
Vulnus renouare
Transfigere
Caput ceruicibus abſcindere 134
[illegible]uere alicui oculos
Occidere 135
Vitam donare
Cædem facere 136
Vitam laqueo finire
Dare ſe præcipitem
Capi, vel deprehendi 137
In vincula coniicere
Opitulari 138
Punire
Pœnam ſtatuere
Pœnam minuere
Dare pœnas 139
Finem facere.

CAPITA LIBRI III.

Laudandi A bonis animi
pietate in deos 140
pietate in patriam
fortitudine 141
artibus imperatoriis 142
clementia 143
vitæ integritate
animi candore, fide 144
animorum coniunctione
amicitia cum prima ætate incapta 145
amicitia ſiue amore 146
charitate
vſu & cõſuetudine 147
iocorum ſeriorum'q; cõmunitate
ſtudiorum ſocietate 148
eloquentia
ingenio 149
ſtu-

ſtudiis 150
nobilitate virtuti coniuncta
pudicicia & fide cõiugali.
A bonis corporis
forma 153
Puerorum
Mulierum
Procis 154
cultu
variis 155
corpore 157
A' bonis externis
equitandi pugnandi'que peritia
generis nobilitate
celebritate nominis 158
diuitiis
variis rebus. 159
Vituperandi hominem 160
regionem
terram
Officij in ſe collati commemoratio 161
Officiorum ſe memorẽ promittendi 164
Prius moriar 165
Acceptæ calamitatis. 167
Implorandi auxilij.
In hominem aſperum & immitem 168
Tremoris 170
Palloris 172
Planctus 173
Subiti pauoris 175
Obmuteſcentis
Exanimationis 176
Ad ſe redeundi 177
Irriti conatus 178
Irriti voti aut ſermonis
Pudoris 180
Rumoris vel nuncij 181
Optandi 182
Optandi longæuitatẽ 183
Blanditiarum 184
Salutandi
Formulæ quibus initio litterarum vtimur, 186
Formulæ quibus ante Vale 187
Vale dicendi
Semper 188
Nunquam 189
Eius quod fieri nequit 191
Numeri infiniti
Gelu 193
Nix ſoluitur 195
Inuocandi
Imprecandi 197
Abominandi 198
Increpantis 199
Amentiæ
Exprobrãtis iactantiã 200
Exprobrantis leuitatem,
Aſſentiendi 201
Vt verum fatear
Vt conferamus parua magnis

Ne longum faciam 202
Non poſſum eloqui
Quoduis optato donum, id optatum auferes. 203
Dubitandi 204
Carminum & incantationum vis
A magnis vinci laus eſt 208
Foci conſtruendi
Res probat 209
Cauſa caput'que
Celeritatis.
Aucupij vel piſcationis. 210
Vitæ incorrupta 211
Eſt aliquid 212
Ebrij
Tingendi lanas 215

QVARTI LIBRI CAPITA.

Quatuor hominum ætates 216
Ætates omnes 219
Quatuor anni tempeſtates 220
Signa ſolaria 222
Variæ ſtellæ 223
Planetæ 225
Luna 226
Diluculum 227
Aurora 227
Lucifer 228
Orens ſol vel dies 229
Meridies 230
Sol occidens 230
Crepuſculum 231.
Nox 231
Canticinium 232
Varia tẽpora, vt hora, dies annus vnus, duo 233. 236
Tempus perpetuum. 237
Dieſque & noctes 237
Ab ortu ſolis ad occaſum 238
Regio ſeptentrionalis 239
Zonæ 239
Venti 240
Scylla, Charybdis 241
Pluuia 242
Tempeſtates 243
Serenitas 246

APPENDICIS CAPITA

Peſtilentia 248
Tempeſtas 257
Diræ 261
Leo 171
Taurus 175
Aper 178
Lupus 279
Equus 280
Apes 282
Ætna Enceladus 283
Frondium caſus. 287
Cometa 287
Mare 288
Venti 288
Nix 289

*Nihil habet hic liber, quod religionem aut rem-
pub.offendat. ita teſtor*

Sebaſtianus Baer *Delphius,coll.eccleſiæ* .S.Ma
riæ Antuer*piæ plebanus.*

Christianus [illegible]
Rhaeter
[illegible]
Martii [illegible]
Anno [illegible]

A01 146 4439 0

A.55